


LIBRARY OF THE TAYLOR INSTITUTION
UNIVERSITY
6 - JUN. 1931
OF OXFORD

GRAMMATICA

AD USUM JUVENTUTIS.

SCHOLARUM PIARUM

EDITIO CORRECTIOR.



V A R S A V I Æ

Typis S.R.M. & Reipubl: *Scholarum Piarum*

Anno 1756. Jdibus Januarij.

QUàm sit clara, brevis, & facilis hæc Lingvam Latinam docendi Methodus, Magistri ipsimet è Discipulorum profectu judicabunt. Nihil omissum est, præter obscura & inutilia, ad captum puerorum excedentia. Explicatio ipsa est, in lingvam tantum Patriam verti debet. Verba & Nomina in Tabulis, quæ non sunt Polonicè expressa, facilè explicando dictabuntur. Usus Tabularum diligenter ostendi duntaxat debet, ut ad has Tabulas, componendo Latinè continuò Tyrones recurrant: consequenter autem, isthæc ediscere supervacaneum est. Optimè aliquot Libelli Latini qui pro qualibet Grammatices Classe designati sunt, legendi vel infimis Scholis, meliùs quàm Regularum farrago, ad intelligendam, condiscendamq́; Latinitatem juvabunt.



GRAMMATICES
Pars Prima.
De ORTHOGRAPHIA



Interrogationes	*Responsa.*
1. Quid est Grammatica?	1. Est ars quæ docet benè scribere, bene loqui, benè pronuntiare.
2. Quot sunt partes Grammaticæ?	2. *Quatuor* Orthographia, Ethymologia, Syntaxis, & Prosodia.
3. Quid est Orthographia?	3. Est quæ docet, emendatè, tam literas, quàm voces, scribere.

§. I.
De Literis quo ad Orthographiam.

1. Quot sunt Literæ. quibus Latini utuntur?	1. *Viginti tres.* A b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.
2. Quotuplices sunt Literæ ratione Orthographiæ?	2. *Duplices:* Majores & Minores.
3. Quomodo scribuntur Literæ Majore?	3. *Ita:* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T U X Y Z,

4. Quomodo scribuntur Literæ minores? — 4. Ita: a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z.

5. Quando debent scribi Literæ Majores? — 5. 1mo. In Nominibus Propriis & derivativis ab illis: v.g. *Cicero. Italia, Romanus.* 2do. In Nominibus Appellativis dignitatē significantibus, ut *Rex, Regina, Dux, Palatinus.* 3tio. In vocibus quæ à capito vel à Periodo scribuntur. Plura usus docebit.

§. II.

De Notis Orthographicis.

1. Quot sunt Notæ Orthographiæ & quomodo scribuntur? — 1. *Decem.* Comma. sic - ,
Media nota. sic - ;
Duo puncta. sic - :
Periodus. sic - .
Exclamatio. sic - !
Interrogatio. sic - ?
Parenthesis. sic - ( )
Custodes. sic - =
Acutus. sic - á
Accentus Gravis. - è
Circumflexus. sic û
Apostrophus. sic - *Viden'* id est *Videsne?*

2. Ubi solet scribi Accentus Circumflexus? — 2. 1mo Super illis casibus qui per Syncopen efferuntur. v.g. Macedûm pro Macedonum. 2do super Geni-

ti-

tivis singularibus 4tæ Declinationis. v.g. auditûs, sensûs. 3tio super Ablativis similibus alijs casibus, præcipuè super singularibus 1ma Declinationis. v.g. Româ venit, 4to In tertijs personis Pluralibus Præteritorum Modi Indicativi v.g. amavêre. 5to Super vocibus istis: quî pro quomodo, quîcum pro cum quo, &c. cæteri accentus ubi scribantur, usu disces.

§. III.

De Vitijs Orthographiæ Latinæ.

1. Quot sunt vitia Orthographiæ Latinæ?

1 Quinque præcipua: 1mo quando una litera pro aliâ ponitur. vg. Magestas pro Majestas. 2do quando litera aliqua aut Nota Orthographica necessaria, omittitur. vg. fortisimus pro fortissimus, legere pro legêre. 3tio quando litera aut nota aliqua non necessaria additur. vg. chabeo pro habeo, 4to quando literæ unius vocis junguntur cum literis aliarum vocum vg. Deustrinus etunus pro Deus trinus & unus. 5to quando Syllabæ temerè divisæ, separatim scribuntur. vg. Do minus pro Dominus, mag- nus pro magnus.

2. In quo solent errare In-

2. Primo. Errant ponendo e simplex, pro æ diphtongo, vel econ-

cipientes nostrates pueruli contra Orthographiam Latinam?

tra, vg. *celum* pro *cælum*, *muse* pro *musæ*; *pratium* pro *pretium*. *Observandum* enim, quod *æ* diphtongus debet scribi *1mo* in primis Syllabis harum vocum: *æs*, *ædes*, *ædifico*, *æger*, *ænigma*, *æmulus*, *æquor*, *æquus ærugo*, *æstas*, *æstimo*, *ætas*, *æther*, *ævum*, *cædo* quando significat *biię*, *cælum*, *cæmeterium*, *cæna*, *çænum*, *cænobium*, *cæpi*, *cæsar*, *cætus*, *cæpe*, *cæcus*, *cæmentum*, *dæmon*, *fœdus*, *Græcia*, *hæreo*, *hæresis*, *hæres*, *lædo*, *lætus*. *lævus*, *pædor*, *pæan*, *Phœbus Phœnix pœna*, *pœnitet*, *pæstum*, *quæro*, *quæso*, *sævus* &c, & in ijs, quæ ab his derivantur, ac componuntur, ut: *ægritudo*, *græcus*, *hæsito* &c. *2do* Scribitur *æ* diphtongus in compositis ex præpositione præ & in omnibus fere non compositis, ut sunt: prælum, præmium, præda. Præter ista *Presbyter*, *preces*, *pretium*, *premo precor prebendo*, *interpretor*. *3tio* In medijs Syllabis istarum vocum: *Achæus amœnus*, *aulæa*, *chimæra*, *comædia*, *Diæcesis*, *encœnia*, *gynæceum*, *Hebræus*, *Lacedæmon*, *Palæmon*, *Palæstra*, *paræmia*. *proœmium*, *pygmæus*, *sabæus*, *solæcismus*, *trophæum*, & in nonnullis alijs præsertim Græcis. 4to. Scribitur *æ* diphtongus in fine Genitivorum & Dativorum singula-

gula-

gularium, *Item*, Nominativorum & Vocativorum Pluralium 1mæ Declinationis, ut *musæ*, *doctæ*. *Denique*, in istis vocibus: *hæc*. *qua*, *va*.

Secundo. Scribendo Syllabam *ci* pro *ti* vg, *gracia* pro *gratia*, *pacior*, pro *patior*. *Sciendum* enim, quod in omnibus illis vocibus, in quibus Syllabam *ci* sequitur aliqua vocalis, non debet scribi *ci* sed *ti* vg. *recreatio*, *sentio*, &c. Exceptis his: *Gracia*, *jacio* cum compositis. *Patricius Sulpicius*, &c. Exceptis quoque substantivis illis, quorum Primitiva habent Genitivum in *cis* vg. *Judicium*, *indicium*, *audacia*, *fallacia*, &c. provenientia à substantivis: *Judex judicis*, *index indicis*, *audax audacis*, *fallax fallacis*.

Tertio Scribendo V pro U, & è contra. vg. *vnus* pro *unus*; *uerus* pro *verus*. *Sciendum* autem, quod *V* sine cauda tunc scribi debet, quando est consonans, scilicet quando ante aliam vocalem ponitur & cum illa unam facit Syllabam. vg. *vivo*, *volvo*, &c. U verò cum cauda scribitur quando est vocalis vg. *uro*, *durus*, *suus*, &c. *Item* U scribitur, quando cum alia vocali facit diphtongum. vg. *aurum*, *auspex*, &c. *Item* U non V debet scribi post istas literas. *g*, *s*,

&

& q. vg. *lingua. extinguo; suavis; suadeo; laquor, quaro, &c.*

Quarto. Scribendo literam *i* pro g, & ècontra. vg. *diliientia* pro *diligentia; magestas* pro *Majestas &c. Consideranda* enim sunt quandoque voces primitivæ, quia vg. dicitur, *diligo, negligo, lego, ago, ango, gigno, &c.* ideo debet scribi: *diligens* non *diliiens negligentia* non *negliientia, legit, agit angebam genuit &c.* Alias verò voces, quæ scribuntur per g. ut: *Angelus, Magister, gelu, gero, &c.* & quæ scribuntur per *j*, ut *jejunium, jecur majestas,* &c. usus potius & experientia docebit.

Quinto. Scribendo literam O pro U, & ècontra vg. *secondos* pro *secundus, commôdom* pro *commodum, commonis* pro *communis &c.*

Sexto. Scribendo literam *d* pro *t* & è contra. vg. *aput* pro *apud, legid* pro *legit, capud* pro *caput. &c. Notandum* autem, quod solum istæ voces finiuntur in literam *d. Ad,* præpositio (nã conjunctio scribitur: *at atque:*) *id* pronomen (Verbum enim scribitur: *it;*) *quod aliquod,* dum non referuntur ad numerum, (nam dum significant numerum; scribuntur: *quot, aliquot;*) *quia nequid,* quando sunt nomina, (Verba enim scribuntur:

quit

quit, nequit) & *haud.* Item natura: *istud, illud, aliud,* Hebraica item aliqua; ut *David, Eliud &c.*

Septimo. Scribendo *P.* pro *b,* & ècontra. vg. *optineo,* pro *obtineo, apstineo* pro *abstineo, opservo,* pro *observo, scribsi* pro *scripsi, nubsi,* pro *nupsi labsus,* pro *lapsus, apsens,* pro *absens, &c.*

Octavo. Scribendo *K* pro *c* vel *q*. vg. *Kanis* pro *canis, Kvis* pro *quis, &c. Sciendum* enim quod nunquam Latini utuntur istâ literâ *K* nisi in hac unica voce: *Kalenda,* & in aliquib9 Nominibus proprijs. vg. *Kestka, Kijovia &c.* sed loco illius scribunt: c vg. *canus, collis, cultor,* & in aliis autem vocibus *q* vg. *quatuor, quies, quoniam &c.*

Nono. Scribendo z pro *s* vg. *quazi* pro *quasi, nizi* pro *nisi. pretiozus* pro *pretiosus &c. Observandum* autem quod litera z in Latinis vocibus nunquam scribitur nisi in aliquĩbvs Græcis, vg. *zelus zephyrus, zizania, zodiacus, zona, zythum, Lazarus, &c.*

Decimo. Scribendo f pro *ph,* & ècontra. vg. *triumfus* pro *triumphus, phuria* pro *furia &c.* In istis enim vocĩbus non debet scribi *f* sed *ph: Phàéton, phalanx, phalera phantasia, pharao, pharos, pharetra, phasianus, Phidias, Philippus, philomela, Philosophia, Physi-*

ſica, Phryx, Phœbus, Siſiphus, Sophia, Joſephus, trophæum, & pleriſq; Græcis; quorum uſus Magiſter erit.

Undecimo. Omittendo aliquam literam, præſertim, quando duæ eædem ſimul ſcribuntur, vg. *apelo* pro *appello*, *ferum* pro *ferrum*,

Duodecimo. Scribendo *y* pro *i* & econtra. vg. *trytus* pro *tritus*, *prymus*, pro *primus*, *inclyno* pro *inclino*, *ſtilus* pro *Stylus*, *inclitus*, pro *inclytus*.

§. IV.

De Orthographia Polonica, ejusq; Vitijs.

1. Quot ſunt literæ apud Pol: — 1. Tot, quot apud Latinos, additâ unicâ literâ W poſt literam U.

2. Quotuplices ſunt literæ apud Polonos? — 2. *Duplices:* Majores & Minores; ibiq; majores debent ſcribi. ubi & apud Latinos. *Præterea* nonnullæ Literæ apud Polonos ſunt itidem, 2plices: ut: *a* & *ą* vg. *dawaią*; *c* & *ć* vg. *nic*, *nić*; *e* & *ę* vg. *wierzę*; *i* & *y* vg. *bił*, *był*, *l* & *ł* vg *wola*, *woła*; *n* & *ń* vg. *ſtan*, *wſtań*; *s* & *ś*, vg. *cios*, *coś*, *z* 3plex *ż* *z* & *ź* vg. *żarłok*, *zawoda prożba*.

3. Quot ſunt Accentus apud Polonos? — 3. Unicus *acutus*, qui ſcribitur ſuper iſtis Literis, ut molliùs pronuncientur: *ć*, *ń*, *ś*, *ź*, vg. *piſać*, *broń*, *wſkroś miedź*,

4. Quot ſunt vitia Orthogra- — 4. Tot, quot. & Latinæ, nimirum *imo* dum una litera pro alia ponitur g. *Angoł* pro *Anioł*, *goroco* pro *gorąco*,

graphiæ Polonicæ? *Panuſ* pro *Panow*, &c. 2do dum aliquæ literæ omittuntur, vel etiam Accentus vg. *carny* pro *czarny*, *świca* pro *świeca*, *ſtron* pro *ſtroń* &c. 3tio dum aliquæ literæ adduntur. vg. *cznota* pro *cnota*, *coſʒ* pro *coż*, *chlieb* pro *chleb*, &c. &c.

5. In quo ſolent errare Incipientes contra Orthographiam Polonicam?

5. *Primo.* Scribendo *i* vel *y* pro literis *ey*, vg. *Pańſki* pro *Pańſkiey*, *dobry* pro *dobrey*. *Notandum* enim quod caſus Adjectivorum generis fœminini nunquam deſinunt in *i* vel *y*, ſed ſemper in *ey*, vg. *uczoney*, *roſtropney*, *pilney* &c. *Item* Adverbia Comparativa ſemper ſcribuntur per *ey*, vg. *lepiey*, *bardziey*, *prędzey*, *gorzey*, &c. non *lepi*, *bardzi*, *prędzy*, *gorzy*, quamvis ſic pronuntientur. Subſtantiva autem omnia ſcribuntur per *y* vel *i* vg, *Krolowy*, *Kaſztelanowy*, *Staroſciny*, *Ochmiſtrzyni* &c. Et Adjectiva generis Maſc: vg. *Pańſki dobry* &c.

Secundo. Scribendo *e* pro *ę*, & econtra vg. *Xiążke*, pro *Xiążkę*, *biore* pro *biorę*, &c. *Obſervandum* autem quod caſus Accuſativi ſingulares ſubſtantivorum 1mæ Declinationis non deſinunt in *e* ſed in *ę* vel *ą* vg. *Muzę*, *czapkę* *Woiewodziną*, *Krolową*, &c. *Item* nullum verbum 1mæ Perſonæ deſinit in *e* ſed *ę* vg. *biorę*, *wierzę* &c.

Tertio. Scribendo *o* pro *ą* vg. *ręko* pro *ręką*, *trzymaio* pro *trzymaią*. Scri-

Quarto. Scribendo *i* pro *y*, & èconttra vg. *czitam* pro *czytam*, *mocnieiſzy* pro *mocnieyſzy*, *nayukocańſzy* pro *nayuchańſzy*, *wytam* pro *witam*. Sciendum enim quod poſt iſtas literas *d, ł, r, t*, nunquã in polonicis vocibus ſcribitur *i* ſed *y* vg. *wygody*, *miły*, *ſczery*, *powinowaty*, &c. In alijs experientia vocũ & ipſ. pronuntiatio informabit.

Quinto. Scribendo U pro O in iſtis & ſimilibus vocibus: *Bug*, pro *Bog*, *Kościuł* pro *Kościoł*, *Słuńce* pro *Słońce*, *Krul* pro *Krol*, *ktury* pro *ktory*, *gurã* pro *gora*, *bur* pro *bor*, *but* pro *bot*, *wuz* pro *woz*, *wuł* pro *woł*. *nuż* pro *noż*, *wur* pro *wor*, *Panuw* pro *Panow* &c. quamvis enim videntur pronuntiari per *u* ſcribuntur tamen per *o*. *Conſiderandi* verò hic ſunt alij caſus, quia vg. non dicitur *Bugą* ſed *Boga* ideo non debet ſcribi *Bug* ſed *Bog*.

Sexto. Scribendo *b* pro *p*, vel èconträ vg. *chłob* pro *chłop*, *chałub* pro *chałup*, *lup* pro *lub* &c. *In quibus* pariter conſiderandi ſunt cæteri caſus, vel aliæ voces derivatæ, quia vg. non dicitur *Biſkuba* ſed *Biſkupa*, non *lupo* ſed *lubo*, ideo debet ſcribi *Biſkup* *lub*.

Septimo. Scribendo *Q* pro *K* vg. *Qwiat* pro *Kwiat* &c. In nulla enim voce Polonica ſcribitur litera *Q*.

Item

Item ſcribendo *f* pro *w* vg. *gnief* pro *gniew*. Nam nunquam pariter in fine vocum Polonicarum litera *f* ſcribitur, exceptis: *tryumf*, *Filozof*, *Jozef*, *Gryf*, *ſtrof*, *Graf*, & *alijs paucis*.

Octavo. *Item* ſcribendo *K* pro *Ch* vg. *Krzeſt* pro *Chrzeſt*.

Scribendo *d* pro *t*, & èontra. vg. *ieſdem*, *ieſd*, pro *ieſtem*, *ieſt*, *prętki* pro *prędki*, &c. Quamvis enim aſi. quæ voces videntur pronuntiari per *d* ſcribuntur tamen per *t*. *Obſervandum* quoque quia vg. non dicitur *prętzey* ſed *prędzey*, ideo debet ſcribi *prędki* &c.

Nono. Scribendo *ß* pro *ż* vg. *iuß* pro *iuż*, *gdyß* pro *gdyż*, *cięßki* pro *ciężki*, &c. *Obſervandum* enim quod non dicitur *iußem* ſed *iużem*, *gdyßem* ſed *gdyżem*, *cießey* ſed *ciężey*; *łoße* ſed *łoże*, ideo debet ſcribi *łożko* non *łoßko* &c.

Item Scribendo *z* pro *ſ*, vg. *bylizmy* pro *byliśmy* &c.

Decimo. Omittendo, poſt conſonantem aliquam literam, vg. *poßedem* pro *poßedłem*, *przepad* pro *przepadł*, *mog* pro *mogł*, *prynios* pro *przyniosł*, *wyblad* pro *wybladł* &c.

Vndecimo: Omittendo literam *r* ante *z*, vel addendo vg. *gzech* pro *grzech*, *pzykry*, pro *przykry* *zgzytam* pro *zgrzytam*; *nieurżyty*, pro *nieużyty*, *rzywot* pro *żywot* &c.

Omit-

Duodecimo. Omittendo *c* ante *h* vg. *bustka* pro *chustka*, *bcę* pro *chcę* &c. *Sciendum* autem, quod in Polonicis vocibus rarò scribitur *h* sinè *c* nisi in istis: *hałun*, *hawtki*, *Hetman*, *Herb*, *hawt*, *hołd*, *hoyny* &c.

Decimotertio Omittendo ibi accentum, ubi necessariò scribi debet. vg. *Pan* pro *Pań*, *stron* pro *stroń* &c.

Decimoquarto Addendo literam *n* post *ę* vel *ą* vg. *bęndę* pro *będę*, *święnto* pro *święto*: *blądzę*, pro *błądzę*, *kąnt* pro *kąt*. &c. *Notandum* enim quod in Polonico post *ę* & *ą* nunquam in una Syllaba ponitur *n*. *Item* nunquam ponitur post *l* litera *i*, quando alia sequitur vocalis, *lato* non *liato* &c.

Decimoquinto ponendo unam vocem pro alia sibi simili. vg. *przez* pro *bez*, *liczyć* pro *leczyć*, & ècontra &.

Vltimo. Dividendo Syllabam, dum non potest in uno versu finiri, scribendo vg. *bonus* in uno versu *bon:* & in alterum transferendo, *us*;

Item. Scribendo *dobry* in uno *dob*, & in altero versu *ry*. *Sciendum* enim quod quando aliqua vox non potest finiri in uno versu, media Syllaba, aut aliqua litera consonans non est transferenda in alium versum, sed tota Syllaba, appositis in fine vocis needum finitæ custodibꝰ, qui scribũtur ita =.

GRAM-



GRAMMATICES
Pars Secunda.
De Ethymologia seu vocum Latinarum natura

Quid est Ethymologia?	Est quæ docet cognoscere originem vocum & earum accidentia.

§. I.
De Octo partibus Orationis.

Interrogationes.	*Responsa.*
1. Quotuplices sunt Literæ ratione Ethymologiæ?	1. *Duplices* Vocales & Consonantes.
2. Quot sunt Vocales?	2. *Sex* a e i o u ypsylon.
3. Quot sunt Consonantes?	3. *Sexdecem:* B c d f g k l m n p q r s t x z.
4. Quid fit ex Literis?	4. Syllaba fit ex una vel ex pluribus literis, ut *Laudamus*.
5. Quid fit ex solis vocalibus?	5. Diphtongi; & sunt sex, ae au ei eu œ ij: ut, *præmium aurum hei Europa pœna Harpija.*
6. Quid fit ex syllabis;	6. Dictio fit ex una vel pluribus syllabis, ut: *mi amice.*

7. Quid

7. Quid fit ex Dictionibus? 7. Oratio seu sermo, ut: *nihil post DEUM ulli carius esse debet, quam sua Patria.*

8. Quot sunt Partes Orationis? 7. Octo: *Nomen, Pronomen, Participium, Verbum, Præpositio, Adverbium, conjunctio & Interjectio. vg. O- quam mendacium &* animæ & *nostro* honori *nocens, præ* cæteris Vitijs *diligentius* adolescens *vitare debet.*

9. Quotuplices sunt partes Orationis? 9. Duplices: *Declinabiles, & Indeclinabiles.*

10. Quæ sunt *declinabiles*, & quæ *Indeclinabiles?* 10: *Declinabiles* sunt: Nomen Pronomen, Participium & Verbum. *Indeclinabiles* verò: Præpositio, Adverbium, Conjunctio & Interjectio.

11. Quid sunt *Declinabiles*, & quid *Indeclinabilis?* 11. *Declinabiles* seu Variabiles sunt: Quæ variantur per casus vel tempora. *Per Casus.* Nomen, Pronomen Participium, *Per Tempora:* Verbum. *Indeclinabiles*, verò, sunt, quæ nunquam variantur ut: præpositio, adverbium, conjunctio, & interjectio.

12. Quid est *Nomen?* 12. Quod variatur per casus, tantum ut *Liber, libri.*

13. Quid est *Pronomen?* 13. Quod loco nominis ponitur, declinaturq; per casus. vg. *ego, tu. ille, noster &c.*

14. Quid est *Participium?* 14. Quod derivatur à Verbo, & significat aliquod tempus. declinaturque per casus vg. *amans, amatus, amaturus.*

15. Quid est *Verbum?* 15. Quod variatur per modos & Tem.

Tempora tantum, & habet Personas *ia, ty, on, &c.* vg. *ia slyßę, ty slyßyß, on slyßy &c.*

16. Quid est *Præpositio?* 16. Quæ præponitur alicui parti Orationis. vg. *transeo è foro ad templum.*

17. Quid est *Adverbium?* 17. Adverbium est pars orationis, quæ adjecta verbo, aut nomini ejus significationem explanat, & implet vg. *Sapienter dixit philosophus, imago pulchre depicta.*

18. Quid est *Conjunctio?* 18. Quæ ligat, vel disjungit inter se voces vg. *et, vel, nec quamvis,* Ut: *& hyeme, & æstate; nec hyeme, nec æstate.*

19. Quid est *Interjectio?* 19. Quæ aliquem animi affectum exprimit, ut lætitiam, laudem, dolorem, insultationem, admirationem &c, vg. *ah! he! o! vah!*

§. II.

De Grammatica Divisione Nominis.

Primo.

1. Quotuplex est nomen? 1. *Duplex:* Substantivum, & Adjectivum.

2. Quid est substantivum? 2. Substantivum est, quod in oratione per se sine adjectivo stare potest vg. *miles pugnat.*

3: Quid est adjectivum? 3. Adjectivum est, quod sine substantivo in oratione stare nequit, ut *fortis, longus, ruber.*

Secundo.

4. Quotuplex est nomen substantivum? — 4. *Triplex*: Proprium, Appellativum, & Collectivum.

5. Quid est nomen proprium? — 5. Quod personas vel res proprias significat, ut: *Cæsar, Cornelius Neapolis, Æthna &c.*

6. Quid est appellativum? — 6. Quod res communes atque incertas significat, ut *Rex oppidum, mons. &c.*

7. Quid est Collectivum? — 7. Quot in numero singulari multas res designat, ut: *turba populus.*

Tertiè.

8. Quotuplex adhuc est nomē? — 8. *Duplex:* simplex & compositum.

9. Quid est simplex? — 9. Quod ex alio non componitur, ut *Consul, doctus.*

10. Quid est compositum? — 10. Quod ex alio componitur: ut *Pro Consul, indoctus.* Nota. *Idem dicendum de verbis.*

Quarto.

11. Quotuplex adhuc est nomē? — 11. *Duplex:* Primitivum & Derivativum.

12. Quid est Primitivum? — 12. Quod ab alia voce non derivatur, ut: *Pater, parvus, Pompejus, Carthago.*

13. Quid est Derivativum? — 13. Quod ab alia voce derivatur, ut: *Paternus, parvulus, Pompeianus. Carthaginensis.*

Quinto.

Quid est adhuc relativum? — 2. *Relativum*, quod nómen ante-

cedens

cedens in memoriam reducit, ut: Divitiæ *non ſatiant*, quæ *fluxa & peritura ſunt*.

Quid Poſſeſſivum? 4 *Poſſeſſivum*, quod ſignificat rem ad aliquem pertinentem, ut: *meus, tuus, Regius, Pompeianus*.

Quid Nomen Patrium? 5. *Patrium*, quod Patriam indicat, ut *Romanus, Mantuanus*.

Quid Gentile? 6. *Gentile*, quod gentem vel Nationem ſignificat, ut: *Polonus, Hiſpanus*.

Quid Numerale? 7. *Numerale*. Quod iterum vel eſt: *Numerale ſimplex*. ut: *unum duo tria*, vel: *Ordinale*, ut: *primus, ſecundus, tertius*, vel eſt: *Diſtributivum*; quod eſt communiter numeri pluralis, ut: *bini, terni, quaterni*, vel eſt: *Partitivum* ut: *quidam, aliquis, quispiam, nonnullus, omnis, cunctus, nemo, quicunque, plerique*.

****

§. III.

De accidentibus Nominis, Pronominis, & Participij ut declinantur per caſus.

1. Quæ ſunt accidentia Nominis, Pronominis & Participij neceſſaria ſcitu ad Declinationem? 1. Tria Præcipuè: caſus, Numerus, Genus.

2.

2. Quot sunt Casus Nominũ? — 2. Sex: *Nominativus*, *Genitivus*, *Dativus*, *Accusativus*, *Vocativus* & *Ablativus*.

3. Quotuplices sunt casus? — 3. Duplices, Recti, & obliqui.

4. Quot sunt recti? — 4. Duo: Nominativus, & Vocativus.

5. Quot sunt obliqui? — 5. Quatuor: Genitivus, Dativus, Accusativus, & Ablativus.

6. Unde cognoscis esse *Nominativum* Casum? — 6. Ex interrogatione: quis quid? *kto*, *co* vg. DEUS Reges constituit, *quis*? DEUS.

7. Unde *Genitivum*? — 7. Ex interrogatione: cuius, *czyi czyia czyie*, *czego?* vg. *nieśmiertelność duszy*, *stworzenie świata*.

8. Unde *Dativum*? — 8. Ex interrogatione cui? *komu* vg. *dał BOG rozum? człowiekowi*.

9. Unde *Accusativum*? — 9. Ex interrogatione quem? *kogo*, *czego*, *co*. vg. *słoń boi się myszy*, *pisze list*.

10. Unde *Ablativum*? — 10. Ex interrogatione *od kogo*, *czego*, *czym?* vg. *nagłą śmiercią zginął*.

11. Quot sunt numeri nominũ. — 11. Duo: Singularis, & pluralis.

12. Quid est numerus singularis? — 12. Qui designat unam rem, ut: *hic equus*.

13. Quid est numerus pluralis? — 13. Qui designat plures res, ut: *hi equi*.

14. Quot sunt genera nominũ. — 14 Septem: Masculinum, Fæmininum, Neutrum, Commune, Dubium, Promiscuum, & Omne.

15. Quod Nomen est generis Masculini?	15. Quod habet articulum hic. ut *hic leo, hic ille.*
16. Quod nomen est generis *fæminini?*	16. Quod habet articulum hæc, ut *hæc aquila, hæc illa.*
17. Quod nomen est generis *neutrius?*	17. Quod habet articulum hoc, ut *hoc marmor, hoc illud.*
18. Quod nomen est generis *communis?*	18. Quod habet articulum hic, & hæc, ut *hic & hæc canis.*
19. Quod nomen est generis *dubij?*	16. Quod habet articulum hic vel hæc, aut etiam hic vel hoc, ut *hic vel hæc dies, hic vel hoc vulgus.*
20. Quod nomen est generis *promiscui?*	20. Quod habet unum tantum articulum & significat marem & fœminam ut *hic lupus, hæc vulpes.*
21. Quod nomen est generis *omnis.*	21. Quod sub una terminatione habet omnes tres articulos hic, hæc, hoc, ut *hic, hæc, hoc, pertinax, hic, hæc, hoc, sciens.*
22. Unde cognoscitur cujus sit generis aliquod nomen?	22. Aut ex *significatione*, aut *ex terminatione* nominum vg. *pyrus* generis fæminini, quia significat arborem. *Moles* generis fæminini, quia definit in *es.*

§.

TABULA GENE-

Nomina Subſtantiva Generis

1mo. Nomina Propria Virorum, & quæ Patriam Viri ſignificant,

2do. Nomina Angelorum, Deorũ, ſpirituum, cæterorumque.

3tio. Nomina officiorum Viris ſolis convenictiũ.

4to. Nomina Menſium.

5to Nomina Montium.

6to. Nomina Fluviorum.

7mo. Nomina Ventorum.

8vo. Nomina Canum, animalium, equorum, & ſimilium Maſculorum.

✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱

Nomina Maſculini generis

Deſinentia	*Exempla.*	
i.	Liberi, Philippi, Puteoli &c.	
o.	Tyro, pugio, unio.	* 1.
an.	Pæan &c.	
in.	Delphin. &c.	
on.	Canon, Agon. &c.	* 2.
in er.	Ager, Later, Carcer, &c.	* 3.
or.	Labor, honor, &c,	* 4.
os.	Flos, &c.	* 5.
us, 2. & 4. Declinat:	Gladius, Triumphus, viſus auditus. &c.	* 6.

Nomi-

IV.

RUM NOMINUM

Maſculini ex ſignificatione.

Vg. *Epaminondas, Pompejus, Cicero, Theuto, Gallus,*
vg. *Michàél, Saturnus, Satan* &c. (*Sarmata* &c.
(*Nauta, Bibliopola, Pſaltes, Pictor, Faber:* &c.
vg. *Rex, Princeps, Præſul, Pater, Miles, Cōſul, Scriba,*
vg. *Iulius, Auguſtus, September.* &c.
vg. *Ætna, Carpathus.* &c. *excipe:* **Alpes**, *quæ ſunt fœminini.*
vg. *Viſtula, Moſa, Danubius, Gāges,* &c. Excipe *Styx Lethe, Albula Sequana* &c. quæ ſunt ge. fæ.
vg. *Boreas, Auſter, Eteſiæ*
vg. *Pyrois, Melampus* &c.

****

ex terminatione.

Exceptiones.

1. Deſinentia in io, quæ proveniunt à ſupinis verborum; ut *Oratio, lectio ſcriptio.* *Vnio* iedność, & echo *ſunt generis fœminini;* Item *Caro, talio.* &c.

2. *Sindon, àédon, alcion.* generis fœminini. Græca autem *Pelion, Ilion, Barbiton, Enchiridion* generis neutrius.

3. *Ver, cadaver, iter, verber, tuber, piper, papaver, ſiſer. laſer* generis neutrius. *Linter* maſculini *vel* fœminini. *Laver,* fœmin *vel* neutrius.

4. *Arbor* generis fœminini. *Cor, ador, æquor, marmor,* generis neutrius.

5. *Dos, cos, arbos.* fœminini *Chaos. melos, os oſſis, & os oris, argos, epos* generis neutrius.

6. *Virus* generis neutrius. *Vulgus & pelagus* maſculini, vel neutrius, *Penus, barbitus phaſellus, pāpinus, porticus, vanus.*

Nomina Subſtantiva generis

1mo. Nomina Fæminarum.
2do. Nomina Dearum.
3tio. Nomina Officiorum ſolis fæminis convenientium.
4to. Nomina Regnorum. Urbium, & inſularum.

5to. Nomina priſca navium, & Poematum. Nomina Arborum.

Nomina Subſtantiva Generis Fæmi-

Deſinentia	*Exempla.*	
in a 1mæ Decl:	Ut Sagitta. menſa. &c.	*1.
æ plur:	Divitiæ.	
do.	Dulcedo. &c.	* 2.
go.	Imago, propago &c.	* 3.
as.	Poteſtas, charitas, &c.	* 4.
es.	quies, clades. &c.	* 5.

EX-

nus. alnus, carbasus, domus, humus, manus, tribus, idus, socrus, nurus, anus, synodus. dyphtongus, eremus periodus, papyrus, pharus, arctus, crystallus, nardus, abyssus, atomus, byssopus, balanus, methodus, quæ omnia sunt generis fœminini.

Fæminini ex significatione.

vg. *Iulia, Iudith, Amason, Glicerium, Catharina,*

vg. *Pallas, Venus, Atropos.*

vg. *Regina, Princeps Mater, soror, nutrix.*

vg. *Italia, Polonia, Roma, Varsavia, &c.* Præter Nomina propria Urbium in um, *Trajectū, Lublinum.* Item *Tybur, Auxur, Praneste, Reate, Bactra, Bactrorum,* sunt generis neutrius. *Iam* verò. *Sulmo Puteoli* & pluralia in I, generis Masculini.

vg. *Argo, Centaurus, Æneis, Ilias.*

vg. *Platanus, pomus, pyrus, &c.* Præter *oleaster & pinaster*, quæ sunt Masculina. *Suber* verò *robur, siler, acer,* & desin: in *um* ejusd. signif; ut *salictū &c.* gen: neutrius.

nini ex terminatione

Exceptiones.

1. *Mamona, Cometa. Planeta Adria* sunt gen: Masculini. Item, *Pascha Manna* sunt generis neutrius. *Item* provenientia à verbis, ut: *advena, indigena &c.* sunt generis communis. Itē Desinentia in A 3. declin: ut *Poëma*, & Pluràlia in *A, ut arma gen: neutrius.*

2. *Udo, cardo, ordo, cudo, spondo, burdo, comedo,* Masculini. *Pondo* Neutrius.

3. *Harpago, ligo, Margo,* Masculini:

4. *Fas, nefas, & vas, vasis* Neutrius. *Elephas Adamas, Tyaras* & *vas vadis* Masculini.

5. *Vertes, limes, trames, gurges poples, cespes, vepres, stipes, meridies, aries, paries, pes, lebes.*

Desi-

Desinentia		*Exempla.*	
in	ſis.	Turris, vallis &c.	* 6.
	aus.	laus, fraus. &c.	
	S.		
Si ante s eſt: Conſans.		Trabs, hyems, forceps &c.	* 7:
	x.	Falx, arx, merx, &c.	* 8.
	ax.	Pax, fornax. &c.	* 9.
	ex.	Supellex, forfex. &c.	* 10.
	ix.	Cervix, nix &c.	* 11.
	ox.	Nox, vox, &c.	
	ux.	Crux, lux, nux &c.	* 12.

Nomina Subſtantiva generis

1mo. Nomina literarum, & vocum Muſicarum,
2do. Adverbia, verba, ſeu omnes voces indeclinabiles pro Subſtantivis Nominibus poſitæ &c.

✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱✱

Neutra,

Exce-

palumbes, fomes, tapes, palmes, magnes, tudes, termes, acinaces, sophistes, & pluralia *Lares, annales, antes* Masculini. *Dies, torques,* Masculini vel fœminini *Cacoëthes* neutrius.

6. *Postis, aqualis, sangvis, vectis, callis, ensis, glis, lapis, follis, cucumis, collis, angvis, axis, ungvis, fustis, torris, finis, assis, caulis, vomis, mensis, piscis, orbis, canalis, sentis,* & omnia desinentia *in nis*, ut *ignis, crinis, cinis, item decussis, vicessis, centusis, tricessis,* generis Masculini.

7. Dens cum compositis *bidens, tridens, rudens, fons, mons, pons, seps, quadrans chalyps, hydrops, adeps, torrens, oriens, & occidens* generis Masculini. *Accidens consequens* generis Neutrius.

8. *Lynx, calx, picta* masculini *vel* fæmin: gener: *quincunx, septunx, deunx,* partes assis generis mascul:

9. *Arctophilax, abax, calax, antrax, harpax, Thorax, limax* Masculini.

10. *Grex, silex, frutex, latex, vortex, pollex, index, apex, podex, pulex, ramex, obex, pumex,* Masculini.

11. *Fornix, varix, bombix, phœnix, calix, natrix, erix, cylix, onyx, coccyx, phryx* Masculini.

12. *Dux, redux, tradux:* generis Communis:

Neutrius ex significatione.

vg. *O parvum;*
vg. *Pro Patria mori, pulchrum est.*

****

ex terminatione.

Desi-

	Desinentia	*Exempla.*	
in	a 3tiæ	Declinationis Poema, stigma,	
	e.	Mare cubile. &c.	* 1.
	u.	Gelu, &c.	
	l.	Mel, fel, Animal, &c.	* 2.
	um.	Ferrum. &c.	
	en.	Lumen. &c.	* 3.
	ar.	Calcar, pulvinar, par.	
	ur.	Fulgur.	* 4.
	us. 3.	Decl. Tempus,	* 5.

Generis Dubij. *6

Generis Promiscui. *7.

Generis Communis. *9.

Generis Omnis. *9.

Exce-

Exceptiones.

1. *Aloë, Rhodope, Physice, Grammatice* & similia Græca generis fæminini.

2. *Mugil, sol, sal, pugil,* gen: Masc: *sal,* aliquando neutrius, ut *sal fusile.*

3. *Atagen, pecten, ren, splen, tibicen, tubicen, fidicen* Masculini *Siren* Fæminini.

4. *Furfur, vultur, turtur,* Masc: *augur* communis.

5. *Lupus, mus, tripus,* Masculini. *Pecus pecudis. subscus, incus, salus, virtus, servitus, juventus, senectus, grus,* & *lagopus, tellus, palus* fæminini.

Item. *as, gummi, sinapi, lac, caput* & ex eo composita, sunt generis neutrius.

6. Sunt ea, quæ à probatis scriptoribus in utroque genere sunt recepta, *ut hic vel hæc dies: hic vel hæc silex, hic vel hæc torques, hic vel hæc atomus* &c. *hic vel hoc pelagus, hic vel hoc Vulgus, vel hoc Nar, hic vel hoc anxur,* quamvis *pelagus* & *vulgus,* potius usurpantur in neutro.

7. Sunt quæ uno genere Mascul: vel Fæmin: marem & fæminam significant. Ut: *hic lepus, Elephas, piscis, mus, corvus, passer, pavo, Turdus, cancer, salmo,* & similia quæ sive más sive fæmina sint, sunt generis Mascul: *Vulpes. Aquila, Testudo, tigris, anas, hirundo, perdix.* quæ sive mas, sive fæmina sint sunt generis fæminini. *Nota* Quæ nomina animalium, aliam habent terminationem pro masculis. aliam pro fæmellis, non sunt promiscua, ut *equus, equa, asinus, asina.* &c.

8. Nomina omnia, quæ sub una terminatione, masculo vel fæminæ conveniunt, *ut hic & hæc Princeps, Dux Comes,* &c. *hic &* hæc *conjunx* &c. *hic & hæc canis.*

9. Sunt adjectiva quæ sub una terminatione sunt generis Masculini, fæminini, & neutrius ut: *hic hæc hoc felix,*

Nota

Nota. Adjectiva cum ponuntur sine aperto substantivo sunt ejusdem generis. cujus sunt, substantiva subintellecta, ut ideo est: *Sonipes*, *Oriens natalis* &c. generis Masculini, quia subintelliguntur substantiva masculina; *equus*, *sol*, *dies*; Ideo: *Vocalis*, *bipennis*, sunt generis fæminini quia subintellecta substantiva sunt fæminini *Litera securis*. Ideo: *instans*, *præsens*, sunt neutra quia, subintelligitur: *tempus*.

Nota 2do. Adjectiva posita sine ullo etiam occulto substantivo, sunt generis neutrius, ut: *æquum*, *justum*, *grave-suave* &c. multa.

§. V.

De Adjectivorum Comparatione.

1. Quid est Cōparatio? — 1. Est adjectivi per gradus inflexio.

2. Quot sunt gradus Comparationis? — 2. Tres, *Positivus*. Qui rem nec attollit nec minuit. Ut: *felix*. *Comparativus*, qui rem attollit vel minuit, ut *felicior*, *infelicior*. *Superlativus*, qui rem in summo aut in infimo collocat, ut *felicissimus infelicissimus*.

3. Quotuplex est Adjectivum ratione Comparationis? — 3. Duplex, *comparabile* & *incomparabile*.

5. Quid est adjectivum Comparabile? — 4. Quod augeri vel minui potest, ut *pulcher*, *pulchrior*, *pulcherrimus*.

5. Quid est adjectivum incomparabile, — 5. Quod neque augeri neque minui potest, ut *ferreus*.

6. Quomodo cognoscis quæ adjectiva possunt habere gra- — 6. Adjectiva quibus addi possunt magis vel minùs maximè vel minimè, illa possunt habere gradum comparativum vel superlativum vg.

Dici

dum comparativum, vel superlativum, quae autem habere non possunt? Dici potest *magis* v. *minus*, *maximè* v. *minimè* doctus, itaque dici etiam potest *doctior doctissimus*, Seu quae in Polonico habent comparativum & superlativum, habent & in Latino vg. *Swięty*, *Swiętszy*, *Nayświętszy*, Sanctus, Sanctior, Sanctissimus; excipiuntur ab hac regula *albus*, *novus*, *salutaris* & fortasse alia, quae usus docebit, quae in Polonico, non in Latino comparantur.

7. Adjectiva quae in Polonico non habent cōparativū, habentne in Latino? 7. Non habent: non dicitur *Złoty*, *złocistszy*, *nayzłotszy*, itaque etiā, *aureus*, *argēteus*, *quātus*, *tātus*, *quis*, *medius*, *omnipotens*, *besternus* & alia his similia eosdē gradus habere nō possūt.

8. Quotuplices sunt Cōparationes? 8. Duplices: *Regulares & Irregulares*.

9. Quid sunt Comparationes *regulares*? quid *irregulares*? 9. Regulares sunt, quae à casu informant comparativum, & superlativum gradum, ut *justus*, *justior*, *justissimus*, *Irregulares* quae non ita formant, ut *bonus*, *melior*, *optimus*.

10. Quomodo ergo formantur comparativi & superlativi gradus? 10. In Adjectivis secundae declinationis formantur à casu Genitivo. In Adjectivis tertiae Declinat: formantur à casu Dativo, cui debet addi syllaba *or*, *vel ssimus*, *ut castus castior*, *castissimus*. Amans, amantis, amanti, amantior, amantissimus.

Exceptiones.

11. A positi- 11. Nominativo casui debet addi sylla-

vis in *er*, quomodo formatur superlativa?

syllaba rimus, ut *celeber*, *celebrior*, *celeberrimus*.

12. A positivis in *lis*, quomodo formantur superlativa?

12. *Facilis* habet *facillimus*, *humilis*, *humillimus*, *similis similimus*, *imbecillis imbecillimus*, v. *imbecilissimus*, *gracillis*, *gracillimus* vel *gracilissimus*.

14, Adjectiva à verbis *facio dico*, *volo* derivata, quomodo habēt cōparativū & superlativū?

13. Comparativum habent in entior, superlativum in entissimus, ut *magnificus*, *magnificentior*, *magnificentissimus*. benevolus, *benevolentior*, *benevolentissimus*.

14. Quæ sunt Adjectiva, in quibus comparativus, & superlativus gradus nō formatur à positivo?

14. Bonus, *melior*, *optimus*, malus, *pejor*, *pessimus*, parvus, *minor*, *minimus*; multum, *plus*, *plurimum*, magis, *maxime*, minus, *minime*, superus, *superior*, *supremus*; exterus, *exterior*, *extremus*, posterus, *posterior*, *postremus*, & inferus, *inferior*, *infimus*, nequam, *nequior*, *nequissimus*.

15. Quæ Adjectiva sunt, quæ in Latino carent comparativis, & superlativis, gradibus?

15. Desinentia in *us* quæ habent vocalem ante *us*, non habent comparativum, & superlativum. Ut *aureus*, *necessarius*, *noxius*, *superfluus*, præter *pijssimus* & *strenuissimus*. Sunt & alia, quarum comparativi & superlativi, nonnisi in vulgari sermone adhiberi possunt, sed Veteribus Latinis erant incognita, ut *Reverendus*, *colendus*, *observandus*, *virtuosus*. &c. quod juvenibus, maxime in suprema classe inculcandum.

16. Quæ sunt

16. Positivo carent ista: *Ocyor*, *ocissimus*,

adjectiva quæ carent vel positivis vel comparativis vel superlativis gradibus? *mus; interior intimus, citerior, citimus; Vlterior, ultimus; propior, proximus, deterior, deterrimus; prior, primus; diutior, diutissimus; potior, potissimus.*

Comparativo carent ista: *inclytus inclytissimus; invictus, invictissimus; meritus, meritissimus; sacer, sacerrimus fidus, fidissimus; diversus, diversissimus, perpetuus, perpetuissimus; pius, pijssimus: strenuus strenuissimus;* &c.

Superlativo carent ista: *Adolescens, adolescentior, juvenis junior! senex, senior; dexter; dexterior; industrius, industrior.*

Positivo & comparativo carent ista: *Novissimus, summus, imus.*

Positivo & superlativo caret *anterior.*

17. Quæ adverbia adinstar adjectivorum comparantur? Ea, quæ ab adjectivis derivantur, ut *doctè, doctius, doctissimè, malè, pejus, pessimè.*

§. VI.

De Formis Declinationum.

1. Quotuplices sunt Declinationes Nominum? Duplices, *Regulares* & *Irregulares.*

2. Quid sunt & quot sunt declinationes *Regulares?* Sunt quinque quæ declinantur juxta formam aliquam ex quinis regularibus formis: ut *aqu. la, Sacerdos, manus &c.*

3. Quid sunt declin: *Irregulares?* Quæ non declinantur juxta aliquam ex quinque formis, ut *hic iste, ipse.*

4. Unde cognoscis declinationem *primam?* Ex genitivo singulari in æ diphtongum, ut *musa musæ &c.*

5. Unde *secundam?* Ex genit: in i, ut *populus populi.*

6. Unde *tertiam?* Ex genitivo in is; ut, *Rex Regis.*

7. Unde *quartam?* Ex genit: in us; *manus manûs.*

8. Unde *quintam?* Ex genitivo in ei; ut *res rei.*

9. Græca Nomina ad quas declinationes pertinent? Alia ad primam, alia ad secundam, alia ad tertiam, sed in nonnullis casibus, diversas à latinis terminationes habent; ut patebit ex sequentibus tabulis,

FORMA DECLI-

Terminationes Latinorum. Nominum, Pronominū & Partic: in a	*Terminationes Nominum Græc: Peregrin: & Patronimicorum in, as, am es, e.*

Declinantur hoc modo.

Num: Singul.

	Musa.		*Æneas.*	*Adam.*	*Dardanides.*		*Rhetorice.*
N.	a		*as.*	*am.*	*es*		*e.*
G.	æ.	* 1.	*æ.*	*æ*	*æ*		*es*
D.	æ		*æ*	*æ*	*æ*		*æ*
A.	am		*am. an*	*am,*	*en em.*		*en em.*
V.	a		*a*	*a am,*	*e es,*		*e*
A.	â	* 2.	*â*	*â*	*e*		*e*

Num: Plural:

N.	æ		--	--	--	* 5.	*æ*
G.	arum	* 3.	--	--	--		*arum.*
D.	is	* 4.	--	--	--		*is.*
A.	as		--	--	--		*as.*
V.	æ.		--	--	--		*æ*
A.	is	* 6.	--	--	--		*is.*

N.	hæc	Musa	*Ta Muza.*
G.	hujus	Musæ	*Tey Muzy.*
D.	huic	Musæ	*Tey Muzie.*
A.	hanc	Musam	*Tę Muzę.*
V,	ô	Musa	*O Muzo.*
A.	ab hac	Musa	*Od Muzy Muzą.*
N.	hæ	Musæ	*Te Muzy.*
G.	harum	Musarum	*Tych Muz.*
D.	his.	Musis	*Tym Muzom.*
A.	has	Musas	*Te Muzy.*
V.	ô	Musæ	*O Muzy.*
A.	ab his	Musis	*Od Muz Muzami.*

Nota

NATIONIS PRIMÆ

Notæ circa Primam Declinationem.

✱ 1. Genitivus antiquus primæ Declinationis in *as* non est in usu, præter *Pater-familias*, *Filius-familias*. *Item* Genitivus in *ai*, tantum apud Pöetas, & rarò est in usu. Ut *aulai*, *pictai*.

✱ 2. *Nominativus*, *Vocativus*, & *Ablativus* primæ Declinationis semper sunt similes in a.

✱ 3. Genitivi nonnulli plurales tam primæ, quam secundæ, tertiæ, & quartæ Declinationis, aliquando apud Pöetas, unam Syllabam amittunt, & vocantur geninitivi per Syncopen, *ut Cælicolarum*, *Cælicolûm*, *Ausonidarum*, *Ausonidûm*. *Nummorum*, *Nummûm*, *Sestertiorum*, *Sustertiûm*, *Cædjum*, *Cædum*. ita: *Veprûm*, *Cælestûm*, *Agrestûm*, *furentûm*, *Macedûm*, *currûm*, *passûm*. &c. Sed tales Genitivi per Syncopen excogitari non debent, nisi qui sunt in usu.

✱ 4. Pauca quædam primæ Declinationis Nomina habent Dativum *in abus*, *ut ambabus*, *duabus Deabus*, *Filiabus*, *animabus*, neque his plura excogitari debent.

✱ 5. Nomina Græca, Peregrina, Patronimica, in numero plurali, declinantur, sicut Latina.

✱ 6. *Dativi* & *Ablativi* plurales semper sunt sibi similes in *is*.

FORMA DECLI-

Terminationes Latinæ Nominum 2da Declinationis: in					Terminat: Græc: Nomin: in			
us	er	ir	ur	um	us	eus	os	on

Declinantur hoc modo.

Numero Singulari.

	Populus	Faber	Vir	Satur	Tēplū	Pātbus	Thydeus	Delos	Pelion.
N.	us	er	ir	ur	um	us	eus	os	on
G.	i	ri *1.	ri	i	i *2.	i	os	i	i
D.	o	ro	o	o	o	o	o	o	o
A.	um	rum	rum	um	um *3.	um	on	on	on
V.	e *4.	r	ir	ur	um	u	u	u	on
A.	o	ro	ro	ro	o	o	o	o	o

Numero Plurali.

N.	i *5.	ri	ri	ri	a	—	i	—	a
G.	orum	—	—	—	orum	—	orum	—	orum.
D.	is *6.	—	—	—	is	—	is	—	is
A.	os	—	—	—	a	—	os	—	a
V.	i	—	—	—	a	—	i	—	a
A.	is	—	—	—	is	—	is	—	is

N.	hic	Populus.	*Ten lud.*
G.	hujus	Populi	*Tego ludu.*
D.	huic	Populo	*Temu ludowi.*
A.	hunc	Populum	*Tego ludu.*
V.	ô	Popule	*O! Lud.*
A.	ab hoc	Populo	*Od ludu. ludem.*
N.	hi	Populi	*Ci ludzie.*
G.	horum	Populorum	*Tych ludzi.*
D.	his	Populis	*Tym ludziom.*
A.	hos	Populos	*Tych ludzi.*
V.	ô	Populi	*O! ludzie.*
A.	ab his	Populis	*Od ludzi, ludzmi.*

Notæ

NATIONIS SECUNDÆ.

Notæ circa Secundam Declinationem.

* 1. *Puer*, *liber* wolny, *tener*, *ſocer*, *Iber*, *aſper*, *proſper*, *giber*, *gener*, *adulter*, *dexter*, *Presbyter*, *armiger*, *ſignifer*, *miſer*, *lacer*, *ſatur*, *vir*, *Triumvir*, & alia ex eo compoſita, plures Syllabas habent in genitivo, quàm in nominativo, *ut pueri*, *liberi*, *ſoceri*, *armigeri &c.* Cætera in er deſinentia, habent tot ſyllabas in genitivo, quot in nominativo: ut *faber*, *macer*, *ſacer*, *fabri*, *macri*, *ſacri*.

* 2. In Nominibus deſinentibus in *ium*, Pòétæ aliquando omittunt in genitivo alterum i; *ut ingenium*, *ingenij*, *v.* *ingeni*.

* 3. Neutra, cujuſcunque Declinationis, ſemper habent ſimiles, Nominat: accuſat: & Vocat: qui in plurali, deſinunt in *a*, ut *tempus tempora*, exceptis nonnullis adjectivis neutris, ut *præpes*, *ales*, *diſcolor*, *&c.* quæ non habent caſus plurales in *a*.

* 4. Deſinentia in us, habent Vocativum in e *v.* *us*, ut *popule populus*; ſed *Deus* habet tantum o *Deus*. Nomina propria deſinentia in *ius*, habent vocativum *in i*, *ut Antonius*, *Pompejus*, *Antoni Pompei*; *&* Appellativum *filius* habet *ô fili*. Cætera Appellativa in ius, habent Vocativum in *e* ut: *Tabellarius tabellarie*, *ſangvinarie*, *primarie*, *&c.*

* 5. Nominativus pluralis apud Priſcos terminabatur *in ei*, *ut captivus captivei*.

* 6. *Dij v. Di Bogowie*, Dativum habet *Dijs v. Dis*, non *Deis*.

FORMA DECLIN: TERTIÆ.

Terminat: Latin: Nominum 3tiæ Declinat:	*Terminat: Græcorum Nominum 3tiæ Decl-*

Declinantur hoc modo.

Numero Singulari:

N.	o e n r as en x &c.	*a or is as ax ys on &c.*
G.	-- -- is * 1. -- --	-- -- -- *is* * 6. -- --
D.	-- -- i -- -- --	-- -- -- *i* -- --
A.	-- -- em * 2. -- --	-- -- -- *em* * 7. -- --
V.	ut Nominat: *	*ut Nominat:* * 8. --
A.	-- -- e * 3. -- -- -- --	-- -- *e* 9. -- --

Numero Plurali.

N.	-- -- es	-- -- -- -- -- *es* -- --
G.	-- -- um * 4.	-- -- -- -- -- *um* * 10. -- --
D.	-- -- ibus	-- -- -- -- -- *ibus* * 11. -- --
A.	-- -- es * 5.	-- -- -- -- -- *es* * 12. -- --
V.	-- -- es	-- -- -- -- -- *es* -- --
A.	-- -- ibus	-- -- -- -- -- *ibus* -- --

Generis Neutrius.

N. hic Sermo	*Ta Mowa*	N. hoc Tempus	*Ten czas.*
G. hujus Sermonis	*Tey Mowy*	G. hujus Tēporis	*Tego czasu.*
D. huic Sermoni	*Tey Mowie*	D. huic Tēpori	*Temu czaso*
A. hunc Sermonē	*Tę Mowę*	A. hoc Tempus	*Ten czas.*
V. O! Sermo	*O! Mowa*	V. O! Tempus	*O! czas.*
A. ab hoc Sermone	*Od Mowy*	A. ab hoc Tēpore	*Od czasu.*
N. hi Sermones	*Te Mowy*	N. hæc Tēpora	*Te czasy.*
G. horū Sermonū	*Tych Mow*	G. horū Tēporū	*Tych czasow.*
D. his Sermonibus	*Tym Mowō*	D. his Tēporibꝰ	*Tym czasom*
A. hos Sermones	*Te Mowy*	A. hæc Tēpora	*Te czasy.*
V. O! Sermones	*O! Mowy*	V. O! Tempora	*O! czasy.*
A. ab his Sermonibꝰ	*Od Mow*	A. ab his Tēporibꝰ	*Od czasow*

Notæ

Nota Circa 3tiam Declinat: in Latin: Nominibus.

* 1. Nominat: & genit: 3tiæ decl: terminat: vide *pag.*40.
* 2. *Buris, cucumis pelvis, ravis, securis, sitis, tussis, vis, cannabis, amussis, aqualis, mephitis.* Item nomina propria fluviorum desin: in *is*, ut *Albis*, habent acc: in *im.* sed *Jordanis* habet in *em. Febris, clavis, navis, puppis, restis, turris, sementis*, in *em*, v. *im* habent.
* 3. Ablativum in *i* desinentem habent, *1mo.* Substantiva quæ accusativum habent in *im*, tantum. Item Substantiva desin: in *e* ut *mare cubile.* 2do. Ista Substantiva: *familiaris, annalis, bipennis, triremis, animal, bidental, vectigal, Tribunal, Aprilis, September. October, November, December, affinis, sodalis, ædilis, rivalis, natalis, patruelis, plus, strigil, canalis, calcar, Diœcesis, &* adjectiva *memor, par*, ablat: habent in *i* tantum. 3*tio.* Adjectiva desinentia in *is*, habent ablat: in *i* ut: *brevi, Vetus* quoque habet *Veteri.* 4*to. Amnis, ignis, supellex, imber, tridens*, & substantiva accusativum in *em* v. *im*, habentia, habent ablat: in *e* vel *i*, ut *febre*, v. *febri.* 5*to.* Adjectiva hæc *vigil, degener*, item adjectiva desinentia in *x* meliùs habent ablat: in *i*, ut *felici.* &c. *6to Ingens, vehemens, recens*, in *i*, cætera in *ns* desinentia, melius in *e* ablat: habent. *7mo.* Comparat: Nomina, meliùs habent Ablat: in *e* quam in i. ut *breviore*, quam *breviori.*
* 4. Pleraque 3tiæ declin: Nomin: *habent* genit: in *ium*, *1mo* Desin: in ns, ut *innocens innocentium*; sed *Parens* habet *Parentum, sapiens, sapientum.* 2do. Nomina quæ habent ablat: In *i* habet genit: plural: *in ium, ut animalium, felicium.* Præter ista, *Vetus, memor, supplex*, quæ quamvis ablativum habent in *i*, tamen genitivum pluralem, non habent in *ium*, sed in *um*, ut *Veterum.* 3*tio.* Ista quoque Genitiv: habent: in *ium, linter, cohors, uter, venter, fornax, clades, trabs, seps, pars, arx, merx, urbs, as, glis, mus, nix, collis, caro, ignis, imber, os ossis, vas vadis, syrtes, mœnia, nubes, fauces, manes, axis, Samnites, & Quirites*, habent in *um v.* in *ium, bos* habet *boum, bobus v. bubus* Dati: *& ablat.*

* 5.

* 6. Apud Veteres Accusativus pluralis terminabatur *in eis*. ut *omneis*, *urbeis*, *civeis*.

Nota circa Decl: 3tiam in Græcis Nominibus.

* 6. Græca Nomina 3tiæ declin: nonnulla habent gen: singularem in *eos*, non nulla in *idos*, ut *Metamorphoseos*, *Tethis Tethydos*; quæ verò desinunt *in o*, habent genitivum in *us Clio Cliûs*; cæteros habent omnes casus, in *o* ut *huic Clio* &c.

* 7. Græca Nomina possunt habere Accusativum singularem in a. ut *Rhetorem*, *àërem*, *ætherem*, v. *Rhetora àëra æthera*: Item Græca desinentia in *is*, quæ habent genitivum in *idis* habent Accusativum quadrupliciter; ut *Parys*, *Parydis*, *Parym*, *v. Parin*, *Paryden*, *v. Paryda* &c. Quæ verò non habent genitivum in idis, sed in is, habent Accusativum tripliciter: *in em*, *im*, & *in*, ut *Charybdis*, *Charybdem Charybdim*, *v. Charybdin* &c. *Syntaxis*, *Pòësis*, tantum habent in *im* ut *Pòësis Pòësim*.

* 8. Græca desinentia in *is*, possunt habere Vocativum in *i*, *ut Iris ô Iri* &c. Item desinentia in *as*, quæ habent genitivum in *antis*, possunt habere Vocativum in *a* ut *Calchas Calchantis*, *ô Calcha*.

* 9. Græca Nominativum & Genit: in *is* habentia, quorum Accusativus in *in*, apud Græcos, apud Latinos in *im*, desinit, habent ablat: in *i* ut *Charybdi*, *Pòësi*.

* 10. Græca tertiæ declinationis possunt habere genitivum pluralem in *on*, *ut Pòëmaton hæreseon*, &c.

* 11. Græca desinentia in *a*, habent dativum & ablativum Pluralem in *is*, *v. ibus*. Ut *peristroma*, *peristromatis v. peristromatibus* &c.

* 12. Græca possunt habere accusativum pluralem in *as*, Ut *Heroas Rhetoras*, *Arcadas*.

No-

NOTA.

Quoniam in reperiendis declinationis tertiæ casibus genitivis maximam habent difficultatem incipientes Grammatici, nam non sufficit illis nosse, quod hic genitivus desinat, in is, quare ex sequenti (mox in altera Parte) Tabula benè explicata, facile reperient hujus tertiæ declin: Genitivos; quibus repertis, facile alios omnes casus juxta formam regularem tertiæ declin: superius positam terminabunt:

Porrò hac sequenti Tabula sic utendum erit.

Dum quæritur Nomen aliquod tertiæ declinationis, terminatio primùm illius nominis reperienda est. Deinde Genitivi terminatio quærenda: Quod, si nomen quod quæritur, inter excepta non est positum, tum genitivus terminandus est juxta regulam in secunda columna positam vg. si quæritur Decapolis, *quomodo habet genitivum, quæratur Terminatio* is, *græc: reperitur in exceptione* Decapolis, Decapoleos. *Iam verò si quæratur* Paris, *quomodo habeat genitivum, cum hoc nomen* Paris *in exceptione non reperitur, ergo habet genitivum.* Paradis vel Paridos, *secundùm terminationem communem Græcorum in* Is. *Ita cætera quærenda sunt.* TABU-

T A-

Pro reperiendis Genit: tertiæ declin: Latono-
Nomina 3: declinationis sive Græca sive Latina

Nomina 3. *Decl: desin:* in *a* &c. *habet gen:sing:desin:*in *atis.*

a	seu	ma	atis	Poema	Poematis	
e	seu	le	ilis	Cubile	cubilis	
		re	ris	Alveare	alvearis	
		ve	vis	*Breve*	Brevis	
o	seu	bo	onis	Bibo	bibonis	* 1.
		co	onis	Draco	draconis	
		do	inis	Cardo	cardinis	* 2.
		go *lat*	inis	*Propago*	propaginis	* 3.
		go *gr.*	us	Argo	argus	
		ho *gr.*	chus	Echo	echus	
		io	ionis	Oratio	orationis	
		mo	onis	Sermo	sermonis	* 4.
		ro	onis	Tyro	tyronis	* 5.
		pso *gr.*	psus	Calipso	calipsus	
		cto *gr.*	ctus	Alecto	alectus	
		vo	onis	Pavo	pavonis	
n	seu	an	anis	*Pæan*	pæanis	
		en	inis	Carmen	carminis	* 6.
		in	inis	Delphin	delphinis	
		on	onis	Babylon	*B*abylonis	* 7.
1. In Numero & Persona, sivè nominativus apertè, sive occultè ponatur, vg. *Mors appropinquat, caveto.*

2. Verbum Personalè qualiter debet cõcordare cũ Nominativo Collectivo?

2. In personâ: in Numero autem non semper. vg. *Turba clamat,* vel *clamant.*

3. Po-

3. Verbum Personale qualiter debet cōcordare, cum loco Nominativi ponitur Infinitivus?

3. Poni debet in tertia persona numeri singularis vg. *Detractio*, vel, *detrahere* aliis, *occidit* animam.

4. Verbum cum pluribus Nominativis ejusdém personæ qualiter concordat?

4. In persona, non autem semper in numero, ponitur enim vel in numero plurali vel singulari; Nominativus verò unus quandoque vertitur in ablativum cum præpositione *cum*. vg. *Sapientia & probitas*, vel, *sapientia cum probitate*, *commendant*, vel *commendat* virum.

5. Verbum cum pluribus Nominativis diversæ personæ qualiter concordat?

5. Ponitur in numero plurali concordando cum præstantiore persona; 1ma. autem præstantior est quàm 2da; 2da quàm 3tia; vg. *Ego & tu* Deo *subijcimur*. Aliquando etiam concordat cum viciniore Persona, etiamsi sit posterior, sed tunc verbum debet poni in numero singulari vg. *Ego*, *& tu* Deo *subijceris*. Quando verò unus Nominativus vertitur in Ablativum cum præpositione *cū*, tunc Verbum concordat cum Nominativo, sive sit prioris personæ sive posterioris vg. Vivere perpetuò nec *ego tecum possum*, nec *tu mecum vales*.

§. II.

De Concordantia Adjectivi cum Substantivo.

1. In

1. Adjectivum in quibus Accidentibus debet cōcordare cum uno substantivo?

1. In genere, numero, & casu *vg*, *Rex benevolus*, *Respublica concors*, *Dominium liberum*.

2. Adjectivum cū pluribus substātivis ejusdem generis qualiter cōcordat?

2. In genere & casu ponitur quéin numero plurali; in singulari verò, v. plurali, quando unum substantivum vertitur in ablativum cum præpositione *cum* vg. *Dux & miles generosi*, v. *Dux cum milite generosi* v. *generosus*. *Nota*. Si Substantiva sunt rerum inanimatarum, potest quoque Adjectivum poni in genere neutro in numero plurali, id tamen rarò vg. *Ignavia & petulantia vitandæ sunt*, v. *vitanda est*; vel, *vitanda sunt*.

3. Adjectivum cum pluribus substantivis diversi generis qualiter concordat?

3. Ponitur in numero plurali, concordando cum præstantiori genere, Masculinum autem præstantius est, quam Fæmininum, & Neutrum. *vg*, *Miecislaus & Dąbrowca*, *primi ex Principibus Poloniæ Christianā religionem susceperunt*. Vel etiam concordat cū viciniori substantivo, sive illud sit præstantioris generis, sive non, sive numeri singularis sive pluralis: vg. *Miecislaus & Dąbrowca prima ex &c.* Unum quoque substantivum vertitur in ablativum cum præpositione *cum*; & tunc adjectivum concordat vel in numero

plurali

plurali cum præstantiori substantivo vg. *cum Miecislao Dąbrowca primi &c.* v. in numero singulari cum illo substantivo quod non est versum in ablativum. vg. *cum Miecislao Dobrowca prima ex Principibus Poloniæ &c. Miecislaus & Dąbrowca*, vel, *cum Miecislao Dąbrowca, prima ex Principibus Poloniæ Christianam Religionem suscepit. Nota.* Si verò Substantiva sunt rerum inanimatarum, tunc Adjectivum vel concordat cum viciniori substantivo, v. etiã ponitur, in genere neutro in numero plurali. *vg. Favor* Principñ, & *pecunia* semper *est necessaria*; vel, *sunt necessaria.*

§. III.

De Concordantia Relativi cum Antecedente.

1. Relativum in quibus Accidentibus concordat cum uno Antecedente?

1. In genere & numero semper, in casu verò aliquandò. vg. Immortales ii *homines* creduntur, *quibus* cùm plurimas dotes natura dedit, vita eorum consumpta est in laboribus gloriosis. Item: *Quæ res* præclara, ea difficilis. *Nota.* Relativa autem plerumq; sunt hæc: *Qui, hic, iste, ille, ipse, is, & idem.*

2. Relativũ cum pluribus Antecedentibus, tum ejusdem, tum diversi generis,

2. Ita sicut Adjectivum cum pluribus substantivis, excepto casu, in quo, aliquando tantùm concordat relativum. vg. *Arcadius & Honorius; quorum* Parens erat Theodosius, utrum-

qualiter concordat? utrumq; regebant Imperium. *Item* Athenæ, Carthago, Spartha, Romanorum Imperium, *quod* diu floruit, vel, *quæ* diu floruerunt perierunt.

§. IV.

De Cōcòrdantia SubstantivorūContinuatorū.

1. Substantiva Cōtinuata quid sunt? 1. Quæ ad eandem rem spectant, & eandem rem denominant. *vg. Polonia, gens libera, Christianæ Reipublicæ propugnaculum.*

2. Substantiva Continuata inter se qualiter concordant? 2. In solo casu, in genere enim & numero non semper. *vg. Virtus, donum cæleste*, unicæ *opes* humani animi, curanda est. Si verò unum est proprium Regionis vel Urbis, alterum Appellativum, tunc potest quod est proprium verti in genitivū. *vg.* In *regno Gallia*, vel, *Galliæ*, est *Civitas Parisij*, vel *Parisiorum*,

3. Verbum adjectivum & Relativum cum substātivis, cōtinuatis qualiter cōcordant? 3. Sicut concordant in ipsamet lingua Polonica. *vg. Rzym delicye starożytności, w ktorym przedtym Cesarze mieszkali, Stolicą iest Chrystusowych Namiestnikow.* Roma deliciæ antiquitatis, *in qua* antea Cæsares manebant, sedes *est* Christi Vicariorum.

SECTIO SECUNDA.

De Constructione Regiminis.

1. Quæ sunt partes Orationis, quæ regunt alias? 1. Omnes fere regere possunt nimirum: Verbū, Participium, Nomen,

Pronomen, præpositio, Adverbium, Interjectio, & Conjunctio. *vg. Ducunt vitam, otii amantes plenam miseria, id* enim *emolumenti* habent, qui *in hac vita brutis ipsis otiosius vivunt. O otium detestandum! quod* ab omnibus bene ordinatis Rebuspublicis *exulat.*

2. Quæ sunt partes Orationis, quæ reguntur ab alijs? — 2. *Tres.* Nomen, Pronomen, & participium. *vg.* Cum *Homine* rerum ignaro, & *sua laudante*, nihil sit turpius, jactantiam devita.

4. Quali ordine in hac Cōstructione Reginimis procedemus? — 3 *Primo Paragrapho Majori,* agemus de Regimine *Verbi & Participij. Secundo* de Regimine *Nominis & Pronominis, Adverbij, Interjectionis, & Conjunctionis.*

§. I.

De Regimine Verborum, & Participiorum.

§. I.

De regimine Verborum Activorum.

1. Verba Activa quem regunt casum? — 1. Omnia ex sua natura regunt Accusativum, præter hunc verò varia varios casus regunt. *vg.* Qui non quærit *opes & honores*, evitat *pericula*

2. Quæ Verba Activa regunt *præter Ac-* — 2. *1mo.* Verba *Accuso, Absolvo, Damno,* & alia similis significatio-

cusativum, Genitvum? cationis, Accusandi, Absolvendi, Damnandi. Qui genitivus cum aliquibus vertitur in ablativum cum præpositione *de*, cum aliquibus sine præpositione. *vg.* Sua *quemq;* conscientia *accusat*, *sceleris*, vel *de scelere*, *Reum* Judex *damnat capitis*, vel *capite*.

2. Præter Accusativum regit Genitivum, Verbum *moneo* cum suis compositis. Qui Genitivus potest etiam verti in Ablativum cum Præpositione *de* vel *in*. vg. *Admonere Amicum vitij*, vel *de vitio*, vel *in vitio*, difficile est.

3*tio*. Verba *Emo*, *vendo*, *æstimo*, & alia emptionem, venditionem, significantià, præter Accusativum regunt istos Genitivos: tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, quanticunq; magni, parvi, plurimi, maximi, minimi. Qui Genitivi possunt mutari in Ablativum sine præpositione, vg. *Libertatem magni*, vel, *per magno quilbet æstimare debet*. *Item* Verbum *Facio*, pro Verbo *Æstimo*, ponitur eleganter cum his Genitivis *nauci*, *flocci*, *pili*, *assis*, *teruntij*, *nibili*; *Item* Verba *Facio* & *Consulo* pro *Æstimo*, ponuntur cum Genitivis: *æqui boniq;*, *vg.* Injurias

nibili, admonitiones *æqui boniq;* facito, vel: consulito.

3. Quæ Verba Activa regunt *præter Accusativum Dativum?*

3. 1*mo*. Regunt præter Accusativum Dativum, Verba *Do*, *comitto*, *significo*, *præfero*, *postpono*, & alia Verba Dandi, committendi, significandi. *vg*. *Omni creato vitium* natura dedit.

2*do*. Verba Composita ex Activis, & Præpositionibus: *Ab*, *In*, *Ob*, *Præ*, *sub*, *ut*: applico *me studijs*. Ingero *me rebus opportunis*. Oppono *me inimico*. Præcludo *viam hosti*. Suggero *Consilium amico*.

3*tio*. Regunt præter Accusativum duos Dativos, Verba *Duco* & *Verto*. vg. *Id mibi* duco *laudi*, *Tibi id* verto *vitio*.

4*to*. Verba: *Veto*, *probibeo*, *jubeo*, quando ponuntur cum infinitivo modo regunt accusativum. vg. *Leges jubent* servos *obedire Dominis*. Quando vero ponuntur cum modo Conjunctivo & Conjunctionibus: *ut* v. ne regunt Dativum *v*. accusativum, vg. *Leges vetant* servos *v*. servis, *ne audeant accusare Dominos*, *jubent* famulos *v*. famulis, *ut obediant illis*. Quando verò Jubeo idem significat, quod: creo, statuo, decerno, semper regit Accusativum. *vg*.

Rex

Rex jussit *Ducem* exercitûs; pro-creavit.

4. Quæ Verba Activa regũt *præter unũ Accusativũ, alium diversum Accusativum?*

4. 1mo. Verbum *Doceo* cum suis compositis, *vg.* Aristoteles docuit *Alexandrum Philosophiam.*

2do. Regunt duos Accusativos Verba *Interrogo, celo, flagito.* Quorum unus Accusativus rem significans meliùs mutatur in Ablativum cum Præpositione *de*, vg. *Multas res me* interrogavit. vel, *de multis rebus me* interrogavit. Amicus celavit *me secretum*, vel *dé secreto*.

3tio. Verba Petendi & Percontandi præter Accusativum Personæ, possunt regere istos Accusativos: *hoc. istud, illud, idem, quid, aliquid, quod, nihil, multa, unum,* & nonnullos similes. vg. *nihil me* petiit.

5. Quæ Verba Activa regunt *præter Accusativũ, Ablativum sine* Præpositione?

5. 1mo Verba *Induo, Exuo, Impleo, Imbuo, onero, Orbo, Libero,* & alia similia, Induendi, Exuendi, Implendi, Imbuendi; liberandi, significationem habentia. *vg.* Deus ornavit *cælum astris, terram animalibus* implevit.

2do. Verbum *Dono* régit præter Accusativum, Ablativum, vel Dativum sic. *vg.* Donavit Rex *nobilem reditibus* vel, *Nobili reditus.*

6. Quæ Verba Activa regũt *præter Accusati-*

6, 1mo. Regunt præter Accusati-

vum, Ablativũ cum Præpositione *à* vel *ab?*

vum Ablativum, cum præpositione *à* vel *ab* Verba *Peto*, *Audio*, *coërceo*, *removeo*, & his in significatione similia, *vg.* Qui nec petit, nec audit *consilium ab alijs*, non facilè *à se infortunia* removebit.

2do. Verba Composita ex Activis, & præpositione *à* vel *ab* vel *ex*, regunt præter Accusativum Ablativum cum præpositione *à* vel *ab*, ut: *multa beneficia à Deo* accepi Abstraho *me à vitijs*; *à nemine quidquam* abstuli. Exigo *à te censum*.

7. Quæ Verba Activa regunt *præter Accusativum Ablativum cum* Præpositione *ex?*

7. Præter Accusativum, Ablativum cum præpositione *ex*, regunt Verba: *Intelligo*, *Quæro*, & alia hujus significationis; nec non, quæ ex eadem præpositione; *ex*, componuntur. *vg* *Ex seipso* quisque humanam *fragilitatem* cognoscere potest.

8. Quæ Verba Activa regunt *præter Accusativum Ablativum cũ* Præpositione *pro?*

8. Præter Accusativum Ablativum cum Præpositione *pro*, regit Verbum *solvo*, cum significat *płacę* & quidem præter Accusativum pretii, Ablativum illius rei quæ emitur, sic. *vg.* solvi decem *nummos pro libro*. Quando autem solvo significat *rozwięzuię*, regit præter Accusativum Ablativum sine præpositione, sic. *vg*, Judex solvit *reum vinculis*.

§.

§. II.

De Regimine Verborum Passivorum.

1. Verba Passiva quem regunt casum?

1. Omnia imprimis habent Nominativum, versum ex Accusativo locutionis Activæ, demum regunt Ablativum cum præpositione *à* vel *ab* versum ex Nominativo, *vg.* à quo *non quæruntur opes & honores, vitantur pericula.* *Nota* Si verò in locutione activa est Accusativus iste: se, tunc hicce Accusativus & non nominativus vertitur in ablativum cum præpositione *à* vel *ab* vg. activè *Quilibet prout se diligit, ita amicum diligere tenetur.* Passivè. *Quilibet prout* à se *diligitur &c.*

2. Quæ Verba Passiva *præter Ablativum cum* præpositione *a* vel *ab* regunt *Genitivū?*

2. Illa quorum activa regunt præter Accusativum, Genitivum. *vg. A sua* quisque *conscientia* accusatur *sceleris.*

3. Quæ Verba Passiva *præter Ablativum* regūt *Dativū?*

3. 1*mo.* Illa quorum Activa regunt præter Accusativum, Dativum. *vg. à natura, omni creato,* vitium datum est.

2*do.* Nonnulla verba Passiva loco Ablativi cum præpositione *à* vel *ab*, regunt Dativum; quale est potissimum verbum Vidoor, quod etiam sublatâ conjunctione *quòd*, ponitur cum Infinitivo. *vg.* Nominis

nis ejus fama *toti* est audita *Orbi*; Loco *à toto Orbe*. *Item*. Plerumque *desperanti*, videntur optimi conatus malè eventuri esse. *Quod sic quoq; effertur:* Plerumq; desperanti videtur optimos conatus male eventuros esse.

4. Quid observãdũ circa passi: quorũ activa regunt *præter Accusativũ Ablativum cum* præpositione *à* vel *ab*?

4. Propter tollendam ambiguitatem ablativus quem sensus exigit vertitur in *D*ativum. *vg*. Multa filij audiunt à parentibus; *Passive* multa filijs audiuntur à parentibus.

5. Quæ Verba Passiva *præter Ablativum* regunt *Accusativum*?

5. Jlla, quorum Activo regunt præter Accusativum, unum, alium diversum; tunc enim Accusativus ille locutionis Activæ qui est præstantior, qualis est Accusativus vocis rem animatam significantis, vertitur in Nominativum & alter debet manere. *vg*. *ab Aristotele* doctus est Alexander Philosophiam.

6. Quæ Verba Passiva *præter Ablativum* cũ præpositione *à* vel *ab* regũt *alium Abla*:

6. Jlla, quorum Activa regunt præter Accusativum, Ablativum, *vg*. *à Deo* ornatum est cælum luminaribus. *Ab amico* celatus sum *de secreto*.

§. III.

De Regimnie Verborum Neutrorum.

1. Omnia ne Verba Neutra

1. Non omnia, sunt enim aliqua, quæ vocantur Intransitiva & Abso-

regunt aliquem casum? Absoluta, quæ nullum casum regunt, qualia sunt: *fio*, *sedeo*, *satago*, *ambulo*, *cado*, *&c.* *vg.* Qui *sedet* in terra, non habet, unde *cadat*.

2. Quæ Verba Neutra regũt *Genitivum*? 2. *1mo.* Verba: *Egeo & Indigeo*, regunt Genitivum, loco cujus Genitivi regunt etiam Ablativum sine ulla præpositione. *vg.* Deus *nullius*, vel *nullò eget*.

2do Regit Genitivum Verbum *sum*, dum ad laudem v. vituperationẽ refertur. *vg.* *Prudentis* est, futura omnia prævidere. Est vir *magni Consilij*. Est *cibi minimi*. Quod etiam loco Genitivi regit Ablativum. *vg.* Est *bonô animo*. Est *capite raso*.

3tio. Regit Genitivum Verbum *Memini*, quando significat: *pamiętam*, qui casus mutari potest in Accusativum. *vg.* Memini *historiæ*, vel *historiam*. Quando verè *Memini* significat: *namieniam*, regit Ablativum cum præpositione *de* *vg.* *De qua re* meminit *historia*.

4to. *Pendeo animi*, *Wątpię*, in singulari numero dicitur; in plurali verò: *Pendemus anmis*.

3. Quæ Verba Neutra regunt *Dativum*? 3. *1mo.* Verba: *Paveo*, *Indulgeo*, *pareo*, *studeo*, *servio*, *caveo*, *bareo*, *nubo*, & alia auxilium, commodum, incommodum, Favorẽ, studium, obsequiũ, obedientiam, submissionem,

repu-

repugnantiam significantia. *vg.* Favere *egenti*, indulgere *peccatis* studere *perfectioni*, servire *Deo* &c

2do. Regunt Dativum Verba composita ex Neutris & præpositionibus: *Ad, ante, con, inter, ob, præ, sub*, ut, Adstat *altari*; Antecellit *cæteris*, (quod cum similibus sibi significatione regit etiam Accusativum, ut; Antecellit, Præit *cæteros*.) Consulit *Patriæ*, dum significat *radzę*, (nam cùm significat *Radzę się*, regit Accusativum, ut: consulit *Præceptorem*.) Incūbit *scamno* dum significat *wspieram się* (quando enim significat *przykładam starania do czego* regit Accusativum cum præpositione *ad* vel in ut: incūbit *in Syntaxim* incumbit *ad laudem*, Occurrit hospiti; Præsidet plebi &c.

3tio. Regunt Dativum quædam Verba neutra composita ex Activis, & præpositione aliqua, qualia sunt: *Obedio, obtempero, officio, prospicio, supplico, satisfacio, maledico, valedico*, & similia, ut: obedire *Parentibus*, obtemperare *Præceptoribus* &c.

4to. Regit Dativum Verbum *Vaco* quando significat *pilnuię* vel *przykładam pilnośći. vg.* Qui *publico* Patriæ *bono* vacat, immortalitate dignùs est, Nam quando significat: *Niemam*, Ablati-

Ablativũ regit. vg. Nemo mortalium *ærumnis vacare* in hac vita potest, Quandoq; regit ablat: cum propositione *à* v. *ab* vg. Vacare *à Scholis*.

5to. Verbum *sum* pro *habeo* Dativum regit. *vg*. *Huic omnium rerum est copia*, aliquãdo unũ duosve Dativos admittit. *vg*. *Id tibi molestiæ esse debuit*.

4. Quæ Verba Neutra regunt *Accusativum*?

1mò. Verba significãtia aliquam circa agriculturã actionẽ. *vg*. *Aro*, *Pasto*, *Fodio*, *meto*, *&c*. ut aro *terram*.

2do. Quibusdam verbis additur Accusativus illius rei quam ipsamet verba significant. *vg*. *Vivere vitam*, *currere cursum*, *navigare maria*.

3tio. Regunt Accusativum verba: *calleo*, *mereo*, *zasługuię*, *Oleo*, *Horreo*, *Inclamo*, *exhalo*, *Maneo czekam*, *Sapio*, *Desino*, *Odi*, *novi* vg. Galenus optimò *calluit artem medicinæ*.

4to. Verba abhorreo & despero: ut *Abhorreo Scelus*, *despero fugam*, qui Accusativꝰ cũ verbo *abhorreo* mutari potest in ablativum v. sine v. cũ præpositione *à* v. *ab* vg. *abhoreo à scelere* cum verbo *vero despero* aliquando Dativꝰ ponitur ut: *desperare rebus suis*

5. Quæ Verba Neutra regunt *Ablativũ sine* præpositione?

5. *1mo*. Verba *caveo*, *deficio*, *gaudeo*, *mæreo* smucę się, *laboro capite*, *inopià abundo*, *scateo*, *affluo- consto*, & similia. *vg*. Si *terrenis* carebimꝰ *consolationibus*, *cælestibus* abundabimus.

2do.

2do. Regit Ablativum Verbum *Doleo*, præsertim quãdo ponitur cum partibus corporis. *vg*, doleo *capite manu &c*, Sæpe pars corporis ponitur in Nominativo, persona verò in Dativo. *vg*. *Dolet mihi caput.* Regit quoq; Accusa: sed præcipuè dũ non refertur ad partes corporis. *vg*. Quis non *doleat hunc* Reipubl: *casum*.

3tio. Regunt Ablativum Verba *Mano*, *roro*, *sudo*, *sono*; qui casus plerumque vertitur in Accusativum. *vg*. Sudat *sanguine* vel *sanguinem*.

4to. Verbum *abstineo* regit Ablativum sine præpositione, vel cum præpositione, *à*, vel *ab* & aliquando regit præter Ablativum Accusativum *vg*. Abstine *potu*, vel *à potu*, vel abstine te *potu*.

5to. Regit Ablatvum Verbum *Vivo*, sic ut vivo *cibis*.

6. Quæ Verba Neutra regunt *Ablativũ cum* præpositione *à* vel *ab*?

6to. Verba *Vapulo*, *Veneo*, *Fio*, *Liceo*, & *Exulo*, quæ verborum Passivorum constructionem habent. Hinc quamvis in Polonico sit locutio Activa. *vg*. *Winnego karze Sędzia*; non debet verti: Reum vapulat Judex; sed ita. *Reus vapulat à Judice*. Idem de cæteris dicendum.

Nota. Verbum *Fio*, cum significat: *podziewa się gdzie kto co*; item *dzieie się co z kim czym*, ponitur cum ablati-

ablativo sine præpositione v. cum præposit: de, vel etiam cum Dativo, vg. *Audio, quid illo factum sit*, v. *de illo*, vel *illi*.

Nota. Pleraque verba neutra posse Passive impersonaliter usurpari. *vg. Statur, sedetur in terra, curritur.*

§. IV.

De Regimine Verborum Communium,

1. Verba Cōmunia quem regunt casum?

1. Omnia regunt Accusativum: quando verò vertuntur Passivè talem habent Constructionem sicut verba Passiva, videlicet regunt Ablativum cum præpositione *à* vel *ab*. *vg*, Varie hortatur *nos* DEUS. Vel: Variè hortamur â DEO. Quamvis verba communia rarissimè vertantur Passivè, in temporibus quæ non formantur à supino. Scilicet quæ non desinunt in *us*.

2. Quæ sunt Verba Communia?

2. Hæc potissimum: *Hortor*, *Aspernor*, *Dimetior*, *Dignor*, *Aggredior*, &c.

§. V.

De Regimine Verborum Deponentium.

1. Quæ Verba Deponentia regunt *Genitivum*?

1. *1mo*. Verba *Obliviscor*, *Recordor*, *Reminiscor*. loco cujus Genitivi, regunt etiam Accusativum. *vg*. Oblitus est *injuriæ*; vel, *injuriam*,

2do. Regit Genitivum Verbum *Misereor*, vel loco illius, Dativum. *vg*. Misertus est *pauperis*, vel *pauperi*.

2.

2. Quæ Verba Deponentia regũt Dativũ?

2. 1mo. Verba: *Auxilior*, *Adulor*, *Blandior*, *Irascor*, *Colloquor*, *Assentior*, *Obsequor*, & alia ejusdem significationis, de qua dictum est in verbis neutris Dativum regentibus, ut Auxiliatur *periclitanti*. Irascitur *fratri*.

2do. Regit Dativum v. Accusativum cum præpositione *in* Verbũ *Dominor*, cum ad personas refertur. *vg*. Dominor *mihi*, Dominatur *in suos*. Quando verò refertur ad locum, regit Ablativum cum præpositione *in*, ut Dominatur *in Civitate*.

3. Quæ Verba Deponentia regunt *Accusativum*?

1mo. Verba *Abominor*, *adipiscor*, *miror*, *scrutor*, *tueor*, *liceor*, & alia plurima quorũ regimẽ ex lingua Polonica cognoscetur; *vg*. Sæpe, qui aversãtur *honorẽ*, honor *sequitur illos*.

2do. Regit Accusativum Verbum *Mereor*, quandò significat *Zasługuię sobie co*, vel *na co*, ut: Bonus meretur *gloriam* Quando autem significat *Zasługuię się komu*, regit Ablativum cum præpositione *de* *vg*. Civis bene meritus est *de Patria*.

3tio. Verborum *Queror* & *Loquor* varia constructio est. Dicitur enim conqueri apud aliquẽ, *vel* cũ aliquo, *vel* alicui, *injuriam*, vel *de injuria*. Loqui cum aliquo, alicui, loqui inter se, loqui dira verba, loqui de requapiam. Nomina verò Personam signifi-

gnificantia semper ponuntur in ablativo cum præpositione *de*, *dum*, *de iis* loquendum aut conquerendum est. *vg.* Miles queritur *de Duce*, loquitur *de hoste*.

4. Quæ Verba Deponentia regunt *Ablativum?*

4. 1*mo*. Verba *Potior*, *Vtor*, *Abutor*, *Fungor*, *Vescor*, *fruor*; ut: Potior *pace*; utor *tempore*.

Verbum tamen *potior*, loco ablativi, optimè ponitur cum his genitivis. *Regni*, *rerum*, vg, *Polonia alta floret pace à quo*, Regni rerumque *nostrarum potitus est* Augustus III. *Princeps optimus*.

2*do*. Regunt Ablativũ Verba *Nitor Glorior delector* cui Ablativo addi potest præpositio *de* vel in *vg.* Lætor *salute* v. *in salute* vel *de salute tua*.

3*tio*. Regit Ablativum Verbum *Periclitor*, quando significat *stwankuię*: ut periclitor *oculis*, *famâ*, quandò *verò* significat *doświadczam się*, regit Accusativum. *vg* Prudens *omnia* periclitatur.

5. Quæ Verba Deponentia regunt *duos casus*, & primò *præter Accusativũ Dativum?*

5. Regunt præter Accusati: Dativum, Verba: *Gratulor*, *Largior*, *Minor*, *Policeor*, *Furor*, *Fateor*, & ab his composita. *vg.* Gratulatus est Plinius *victoriam Trajano*, *quem ei* superi sunt elargiti.

6. Quæ Verba Deponentia regunt *præter*

6. Regunt præter Accusativum Ablativum sine præpositione Verba: *Di-*

Accusativum Ablativum sive præpositione? — *Dignor, Muneror, Remuneror, Prosequor. vg.* Dignatus est DEUS *hominem variis Donis.*

7. Quæ Verba Deponentia regunt *præter Accusativum Ablativũ cũ* præpositione *à* vel *ab*? — 7. *1mo.* Verba: *Mercor, mutuor, precor, deprecor*, ut Mercatus est à *Typographo librum.* Mutuatus est à *fratre vestem.*

2do. Regunt præter Accusativum Ablativum cũ præpositione *á* v. *ab*, vel *ex*, Verba: *Percontor* & *Sciscitor*; vel etiam præter Accusativum personæ, Ablativum cum præpositione *de*, ut: Percontatus sum *viam à peregrino, vel, ex peregrino, vel: de* via *peregrinum.*

§. VI.

De Regimine Verborum Impersonalium.

1. Quotuplicia sunt Verba Impersonalia. — 1. Duplicia: alia Activam terminationem habentia. ut: *pudet pænitet*; alia Passivam, ut: *servitur, curritur.*

2. Omninè Verba Impersonalia habent Nominativum? — 2. Fere omnia, locò cujus Nominativi habent quandoque Infinitivum, ut Decet *proba vita, vel* probe *vivere.* Exceptis nonnullis, quæ carent Nominativo, ut: Pudet illum vitij, servitur Deo; *Item Pluit, Grandinat, Fulgurat, Ningit;* quibus aliquando Nominativus additur; ut: Pluit *cœlum.*

3. Quæ Verba Impersonalia regunt *Genitivum?* 3. Verba Interest & Refert, ut: Interest *boni civis* Patriam defendere. Hæc ipsa Verba locò Genitivorum: mei, tui, sui, nostri, vestri; regunt potius Ablativos istos: meâ, tuâ, suâ, nostrâ, vestrâ. *vg. Tuà quod scire nihil refert percontari desine.*

4. Quæ Verba Impersonalia regunt *Dativum?* 4. Verba; *accidit, conducit, licet, liquet,* & alia idem significantia. *vg.* Conducit *Reipubl:* à sapientibus gubernari.

5. Quæ Verba Impersonalia regũt *Accusativũ sine præpositione?* 5. Verba: *Decet, dedecet, delectat, Juvat, latet, vg.* Multa scire, *hominem* plurimum juvat, delectat, & decet.

6. Quæ Verba Impersonalia regũt *Accusativũ cum præpositione ad?* 6. Verba: *attinet, pertinet, spectat.. vg. Ad justum* attinet, reddere unicuique, quod suum est.

7. Quæ Verba Impersonalia regũt *Ablativũ cum præpositione à vel ab?* 7. Jlla, quæ Passivam terminationem habent, ut; *à me* servitur Deo. *Ab agricola,* aratur terra, Locò cujus Ablativi regunt etiam aliqua Dativum, ut. Tota *mihi* dormitur hyems.

8. Quæ Verba Impersonalia regunt *præter Accusativũ Genitivum?* 8. Verba: *Poenitet, piget, pudet, tædet, miseret,* & *miserescit. vg. Illum vitæ* tædet, *sceleris* pænitet. Quæ ipsa Verba locò Genitivi habent quandoque Infinitivum. *vg.* Tædet illum *vivere.*

§. VII.

De Regimine Jnfinitivorum.

1\. Verba Infiniti Modi quē regunt casum?

1\. 1mo. Omnia ex sua natura regunt Accusativum versum ex Nominativo locutionis finitæ *vg. Gaudeo quod* bene *vales. vel* Gaudeo *Te* bene *valere.*

2do. Regunt Casus illos, quos regunt Verba: à quibus proveniunt. *vg.* Volo ut *honorem* hunc tibi *secundent* superi. *vel Honorem hunc* superos *tibi secundare* volo. Quando verò in Infinita locutione, & hic Accusat: qui vertitur ex Nominativo, est Personæ, & ille quem Verbum regit, tùnc propter tollendam ambiguitatem talis locutio vertatur Infinitè Passivè. *vg.* Scribitur, quod Nero occidit Senecam; *vel, Inf. Activ:* Scribitur *Neronem* occidisse *Senecam*; *Meliùs igitur sic:* Scribitur, *à Nerone* occisum esse *Senecam.*

2\. Qui Modi Finiti possunt verti in Modū infinitum?

2\. Modus Indicativus & Conjunctivus. *vg.* Credo, quod ille, qui res humanas contempsit, semper *vixit*, vel, *vixerit* felix. *Infin:* Credo illum, qui res humanas contempsit, semper *vixisse* felicem.

3\. Qando autem ponuntur duo præterita

3\. *Vertitur ita*: Illud præteritum plusquam perfectum, ad quod perti-

plusquam perfecta Modi Cōjunctivi quomodo talis locutio vertitur Infinite?

net particula *Quòd*, mutatur in futurum præteritò mistum, & alterum manet, sicut fuit. *vg.* Puto quòd Judas *obtinuisset* cælum, si pænitentiam *egisset*; vel ita: Puto Judam *obtenturum fuisse* cælum, si pænitentiam *egisset*.

4. Quando verò Verbū supino caret, & cōsequēter Futuro Infinitivi & futuro præterito Misto, verbum autem debet verti in aliquod ex his futurum quid tunc faciendū?

4. Illud Verbum quod deberet verti in futurum Infiniti modi, *vel* futurum præterito mistum, *vel* præteritum, *v.* aliud tempus, quo caret, vertitur in Conjunctivum, loco autem hujus Verbi defectivi, ponitur verbum *sum*, in hoc tempore, in quo Verbum defectivum ponendum erat, Sic. *vg.* Credo quod peccator *carebit* cælesti gloria. *Infin.* Credo *fore* (vel *futurum*) *ut* peccator *careat* cælesti gloria. *Item.* Non dubito quod *studuisset* diligentiùs Adolescens, si considerasset, quantum illi olim scientia profutura est. *Infin:* Non dubito *futurum fuisse ut studeret* diligentiùs Adolescens, si considerasset &c.

5. Quid observandum circa ista verba *Incipio, capi, desino, soleo, possum, debeo*, dum ponuntur cum Infinitivis?

5. Si Infinitivi sunt Verborum Personalium, ponuntur cum illis personaliter, nimirum in omnibus personis. ut. *incipio* dolere, *incipit* dolere &c. Si verò Infinitivi sunt Verborum Impersonaliū, ponuntur cum illis Impersonaliter nempe in

tertia persona semper; ut: *Incipit* me pænitere peccatorum, *incipit* te pænitere, *incipit* illum &c. *Nota*. Verba: *Incipio*, *desino*, *soleo*, &c. quando ponuntur cum Infinitivis activæ vocis, locutio vertitur passivè, tunc solus Infinitivus activi verbi vertitur passivè, verbum autem: *incipio*, v. aliud simile, non vertitur in passivum sed tantùm concordat cum nominativo facto ex accusativo *vg*. Incipio *legere librum*, Incipit *à me legi liber*; non: *incipitur*.

5. Quid notandum, circa Verbum *Jubeo*, cum ponitur cum Infinitivo?

6. Si habet expressè casum Accusativum personæ quem regit, tunc ponitur cum Infinitivo Activæ vocis; ut: Jussit *nos* Deus, *diligere* inimicum. Si verò non habet expressè Accusativum personæ, elegantiùs tunc ponitur cum Infinitivò Passivæ vocis, ut: Jussit Deus, *diligi* inimicum.

§. VIII.

De Regimine Gerundiorum.

1. Gerundia quot habēt terminationes?

1. Tres: in *di*, *do*, *dum*; ut; laudandi, laudando, laudandum.

2. Gerundia quos regūt casus?

2. Regunt illos casus, quos Verba à quibus proveniunt. *vg*. Homo *legendo libros*, fit doctior. Qui casus plerumque reticetur. *vg*. Homo legendo fit doctior. Quando autem

autem ponuntur pro Verbis Passivæ vocis, tunc nullum casum regunt. *vg*. Patria *defendendo* (pro: *dum defenditur*,) amatur.

3. Ut Gerũdia adinstar Adjectivorum cõcordent cum substãtivis, quæ sunt observanda?

3. 1*mo*. Observandum est, cujus est casus Gerundium, 2*do*. ut hocce Gerundium regat casum Accusativum, illumque expressè habeat. 3*tio*. tandem ejusmodi Accusativus debet verti in illum casum in quo est Gerundium; debentque secum concordare in genere, numero, & casu. *vg* In Genitivo: *Tempus placandi* Deum; vel, Tempus *placandi* Dei. In Dativo: Vita nostra impendi debet *quærendo* Deum: v. *Quærendo Deo*. In Accusativo non omnis est aptus *ad discendum* literas; vel, *ad discendas literas*. In Ablativo: Diligens esto *in legendo* historiam, vel, *in legenda historia*.

4. Quando Gerundium desinens in *dum*, eleganter ponitur pro Infinitivo?

4. Tunc, quando Infinitivus ponitur cum verbo *debeo*, vel, *oportet*; locò Infinitivi enim, ponitur ejusmodi Gerundium in *dum*, pro verbo autem debeo, vel, opòrtet, Verbum *sum* in tertia persona, additur quoque casus communis Dativus. Sic *vg*. *Servire debemus* tempori *v*. *serviendum est* tempori. Quando verò *cum* Verbis debeo *v*. oportet, Infinitivus positus regit Accusativum,

 tunc

tunc Gerundium melius Passivè Adjectivè ponitur, juxta regulam mox dictam vg. Cives *debent amare Patriam;* male diceretur: Civibus amandum est Patriam; sed Civibus *amanda est Patria.*

§. IX.

De Regimine Supinorum.

1. Supina quod habet terminationes?

1. Duas in *um*, & *u;* ut laudatum, laudatu.

2. Supina cujus sunt significationis, an Activæ an Passivæ?

2. Omnia in *um* desinentia, sunt activæ significationis; In *u* vero desinentia, Passivæ; ut: *recreatum* me ibo. Res *intellectu* difficilis.

3. Supina quæ sunt Activæ significationis quem regunt casum?

3. Illum, quem verba à quibus proveniunt, ponunturq; semper pro Infinitivo cum verbis significantibus motum. vg. *Oratum Superos* (pro: *orare*) quotidie convenimus.

4. Supina quæ sunt Passivæ significationis, quem regunt casum?

4. Nullum & ponuntur solum cum Nominibus Adjectivis; ut: *audita* turpe, *visu* horribile, *factu* pessimum.

§. X.

De Regimine Participiorum.

1. Participia quos regunt casus?

1. Illos, quos regunt Verba à quibus proveniunt. vg. fugiens *vitia*, spretus *ab hominibus*, coronandus à DEO.

2. Participia in *ans v. ens* cũ fiunt Nomina quem regunt casum?

2. Genitivum. *vg.* Amans *honesti*, amantior *æqui*.

3. Participio in *Rus* & *Das* pro quo plerũque utimur?

3. Pro Infinitivo quando ponitur cum verbo *debeo* vel *oportet*. *vg.* *Quod debes facere fac citius.* vel *fac quod facturus es* v. *fac quod faciendum est.*

§. II.

De Constructione Nominum & Pronominum.

1. Quæ Substantiva ponuntur cum casu *Genitivo*?

1mo. Uni Substantivo additur aliud Substantivum rem diversam significans in casu Genitivo. *vg.* Principibus *Imperij*, nobis *obsequii gloria* relicta est.

2do. Adjectiva substantivè posita regunt Genitivum; ut: *reliquum vitæ, medium viæ, abdita rerum, incerta fortunæ &c.*

3tio. Pronomina Primitiva Substantive seu in genere neutro posita, ponuntur cum Genitivis: *commodi, novi, noctis, temporis, lætitiæ; existimationis*, & similibus plurimis. *vg.* *Id mali* de te audio: *hoc Consilij* à Te expecto.

4to. Ista substantiva; *cura, solicitudo, memoria, desiderium, pars, imago,*

aliquem

aliquid, dimidium, charitas, amor, oblivio, studium, fastidum, miseratio quando in Polonico ponuntur cum pronominibus adjectivis possessivis, possessiva concordant cum illis uti cætera adjectiva. *vg. Staranie moie, obraz moy to iest do mnie należący.* Cura mea, imago mea. Quando verò ponuntur cum pronominibus primitivis, primitiva ponuntur cum illis in Genitivo. *vg. Staranie o tobie, wyobrażenie mnie ciebie, siebie albo iego.* Quod vulgo dicitur *moie, twoie, swoie, pamięć mnie v. o mnie pragnienie siebie, część was, połowa siebie &c.* dicitur. Cura tui, Imago mei, tui, sui, memoria mei, desiderium sui reliquit, pars vestri, dimidium sui.

5*to.* Frequenter uni substantivo additur aliud Substantivum cum Adjectivo significante laudem vel vituperationē in casu genitivo. *vg, puer magnæ ingenuitatis; homo nullius frugi.*

4. Quæ Substantiva ponuntur cum Casu *Ablativo?*

4. 1*mo.* Genitivus mox dictus significās laudem vel vituperationem potest aliquando mutari in ablativum sine præp. *vg, Puer magnæ ingenuitatis.* v. *puer magna ingenuitate; Vir boni animi,* v. *vir bono animo.*

2*do.* Cum Nomen, Cognomen vel patria alicujus designatur, substanti-

stantivum tunc regit casum Ablativum. sic dicitur: *Hieronymus nomine, Scipio cognomento Affricanus, origine Scytha, natione Polonus, Patriâ Neapolitanus &c.*

3tio. Regit Ablativum hoc substantivum indeclinabile *Opus. vg.* Cuilibet opus est *experientiâ.*

5. Quot & quos regunt Casus Adjectiva?

5. Adjectiva regunt omnes quatuor casus obliquos; *Genitivum,* scilicet *Dativum, Accusativum, & Ablativum* pro diversitate suæ significationis.

6. Quæ Nomina Adjectiva regunt Casum *Genitivum?*

6. 1mo. Nomina Adjectiva significantia Scientiam, Communionem Copiam, & his contraria, qualia sunt *certus, incertus, compos, impos, memor, immemor, gnarus, ignarus, expers, integer, particeps, inops, inanis, purus,* &c. vg. Integer *Vita scelerisque* purus. Compos *mentis,* expers *rerum.*

2do. Adjectiva Verbalia nonnulla desinentia in *ax vg. tempus* edax *rerum; terra ferax tritici; domus multorum* capax *hominum; recti* tenax *&c.*

3tio. Nomina desinentia in *ius* similiter à verbis provenientia, maximè apud Pòëtas regunt Casum *Genit: vg. mens* conscia *recti, nullius facti* anxia; sic: Nuntius *veri, mali* nescius. Item *Studiosus literarum &c.*

410.

4to. Nomina Numeralia omnia, ut Numeralia Simplicia. vg. *duo hominum*. Ordinalia ut *Primus Regum*; *secundus Principum*. Distributiva ut *singuli militum*; *bini Studentium*. Partitiva ut: *quidam Philosophorum*, *nemo Juvenum*, *quot dierum &c.*

5to. Nomina Comparativa ut: *Leo cæterorum fortior animalium &c.*

6to. Nomina superlativa ut: *Doctissimus Philosophorum*. *Omnium peritissimus*. Qui Genitivus mutari potest vel in Accusativum cum præpositione *inter* aut *ante*, vel in Ablativum cum præpositione *è* aut *ex*, ut *Doctissimus inter Philosophos*, vel: *ex Philosophis*.

7. Quæ nomina Adjectiva regunt casum *Dativum*?

7. 1mo. Nomina Adjectiva significantia similitudinem, dissimilitudinem, paritatem, societatem, affinitatem, & his, similibusque aliis contraria, regunt casum Dativum. vg. *Patri non* absimilis *filius*: propior *letho*, *mari* finitimus; par *in omnibus fratri &c.*

2do. Adjectiva voluptatem, commodum, gratiam, favorem, studium, & his contrarium significantia, qualia sunt: *carus*, *gratus*, *jucundus*, *utilis*, *propitius*, *molestus*, *benevolus*, *facilis*, *difficilis*, *fidus*, *infidus*, *infensus*, *&c.*

vg.

vg. *Reipublicæ* perniciosus, Ingratus *suæ Patriæ &c.*

3tio. Adjectiva ista: *Communis proprius, obvius, pervius, obnoxius, supplex, consentaneus, concors, congruus,* & alia plurima Composita ex *con,* ut: *confinis, conveniens, concolor, &c.* regunt Dativum casum. *vg. Conscius ipse sibi.* Vitæ finis *conveniens* solet esse *principio &c.*

4to. Adjectiva Participia desinentia in *dus* & verbalia in *bilis* eundem Casum regunt. ut: pax *omnibus optabilis casus* lugendus *omnibus &c.*

5to. Accomodus, appositus, aptus, idoneus, habilis, utilis, inutilis, natus & similia regunt CasumDativum *vg.* Aptus *regimini;* natus *huic rei,*

8. Quæ Adjectiva regunt Casum *Accusativum?*

8. *1mo.* Nomina Adjectiva mox reccnsita; *Accomodatus, appositus,* &c. regunt etiam Casum Accusativum cum præpositione *ad vg.* Aptus *regimini vel ad regimē,* natus *huic rei, v. ad hanc rem.*

2do. Hæc Adjectiva *latus, longus, altus, profundus, crassus,* & similia mensuram significantia regunt Casum Accusativum, & non rarò Ablativum *vg.* Columna *alta viginti pedes, v. viginti pedibus; iter longum centum passus,* vel *centum passibus.*

9.

9. Quæ Adjectiva regunt Casum *Ablativum?*

6. 1mo. Nomina Comparativa regunt Ablativum. *vg. leone* fortior, timidior *lepore* &c.

2do. Adjectiva *Major maximus minor minimus*, ponuntur cum Ablativis casibus: *Ætate & natu.* Sic dicitur: *Natu major frater; ætate minimus &c.*

3tio. Nomina Ordinalia regunt Casum Ablativum cum præpositione *à* v. *ab* ut: *primus à Rege, secundus à fine, alter ab illo &c.*

4to. Adjectiva Copiam vel Inopiam significantia, qualia sunt: *dives, extorris, facundus, locuples, orbus, plenus, vacuus, præditus, satur, refertus, egenus, pauper, inanis, &c.* regūnt casum ablativum sine præpositione. *vg. Opibus vacuus, sed virtute dives, præditus ingenio, &c.*

5to. Aliqua ex mox relatis adjectivis regunt Casum Ablativum cum præpositione â *v.* ab. *liber metu v.* à *metu, purus ab hac labe.*

6to. Ista Adjectiva *dignus* & *Indignus*, imo & plurima alia laudem, vituperationem, qualitatē, ac quantitatem Corporis præsertim humani ejusque partium, significantia, regunt Casum Ablativum. *vg. Cedro digna locutus, Opus æviternâ dignum*

memo-

memoriâ. Sic *Carmine* fit *vivax* virtus. *Dulcis mercede labor*. *Sic Insignis famâ, claro oriundus genere, potens armis, consilio prudens, manu promptus, clarus ingenio, crine ruber, niger ore, pede brevis, lumine fuscus* &c.

10. Quid Singularius notãdum de Pronominibus Reciprocis *sui* & *suus*?

10. *Notandum est 1mo*, quod Reciproca *sui* & *suus* ponuntur tantum pro tertia Persona, nunquam pro secunda; sic: *zawiodłem się*, quod meliùs diceretur: *zawiodłem mnie*. In latino non dicitur: *Decepi se*, sed, *decepi me*; Item *swoią ręką podpisałeś*, in latino non dicitur *sua manu subscripsisti*; sed: *Tuâ manu subscripsisti*.

Notandum 2do Quod Pronomen *suus* ponitur aliquando pro pronomine, *ille, ipse, is* & econtra Pronomina ille ipse *is* ponũtur pro Pronomine *suus*. vg. *Illius culpâ hoc accidit*, vel: *sua culpâ hoc accidit*; Item: *suâ bonitate salvi facti sumus*, vel *Ejus bonitate salvi facti sumus*.

§. III.

De Constructione Partium Orationis Indeclinabilium.

Prima ex Partibus Orationis Indeclinabilibus *est Præpositio*, cujus quod

quod & quale sit regimen, vide *appendicem*, pag: 116. num: 7. nunc fit.

§. I.

De Constructione Adverbii

1. Cum quibus casibus ponuntur Adverbia?

1. Cum omnibus, excepto Vocativo.

2. Quæ adverbia ponũtur cum casu *Nominativo*?

2. Ista duo adverbia: *en*, *ecce*, ponuntur cum casu nominativo; quæ ipsa ponuntur etiam cum accusativo. *vg. ecce homo*, vel *ecce hominem; en ille parricida*, vel *en illum parricidam*.

3. Quæ Adverbia ponũtur cum *Genitivo*?

1mo. *Satis, parum, affatim, abundè, paululùm, instar, eô, huc* & *ergo* pro *causâ* ponuntur cum Casu Genitivo. *vg. Tui amoris ergo, eò loci veni. Parum annorum, sed satis prudentiæ.*

2do. Ista Adverbia: *ubi*, *ubinam, ubiq; ubicunq; ubivis*, *quovis*, *quocunq; nusquam*, ponuntur cum istis Genitivis *Terrarum, Gentium, locorum*.

3tio Ista duo *Pridiè* & *Postridiè* ponuntur etiam cum casu Genitivo *vg.* Polonicè dicitur: *nazaiutrz potym; iak u mnie byłeś*. Lat. *Postridiè ejus diei. quâ apud me eras*. Dzień przedtym iak u mnie byłeś. *Pridie ejus diei quâ apud me eras*, hoc mihi accidit &c. Verum *adverte* quod *pridie nonas Junij, postridie Kalendas*

Julij

Julij, dicitur quia subintelligitur ista præpositio *ante* vel *post*.

4. Quæ Adverbia ponuntur cum *Dativo* casu?

4. Sola adverbia provenientia à nominibus adiectivis Dativum casum regentibus, cujusmodi sunt, *Congruenter*, *cõvenienter*, *consentaneè*, *obviam*, & similia *vg. hoc opus factum est & legi Divinæ congruenter, & rectæ rationi convenienter.*

5. Quæ Adverbia ponuntur cum Casu *Accusativo*, vel loco accusativi cum alio?

5. *1mo.* Cum Accusativo ponuntur adverbia: *prope*, *propiùs*, & *proximè*; quanquam *propiùs etiam ponatur* cum ablativo cum præpositione *à* vel *ab*. *vg. Exercitus proximè urbẽ. Luna volvitur propiùs à terra.*

2do. Adverbium *abhinc* ponitur cum casu Accusativo *vel* Ablativo. *vg. Abhinc triennium* v. *triennio apud Te fui.*

6. Adverbia illa, quæ proveniunt à nominibus Comparativis, cum quo casu ponũtur?

6. Adverbia provenientia à nominibus adjectivis Comparativis & Superlativis eosdem Casus requirunt, quos & nomina Adjectiva à quibus proficiscuntur *vg. Cultiùs & expeditiùs cæteris loquitur*; quia etiam dicitur, *cultior & expeditior cæteris in loquendo* &c.

7. Quæ Adverbia ponuntur cum *Positivis*?

7. Adverbia *parum*, *multum*, *satis*, *admodum*, *apprime*, *comprimis*, *imprimis*, *perquam*, *vehementer* & his similia. *vg. Ædes admodum ampla, sed parum firma.* Dom naydawnieyszy.

y nay-

y nayznacznieyszy, *Domus vetustissima & nobilissima, v. domus multum vetusta, & apprime nobilis.*

8. Quæ Adverbia ponuntur cum *Comparativis?*

8. Cum Comparativis nominibus ponuntur Adverbia maximè desinentia in *o.* ut: *tanto, quo, eo* &c. *quo quisque modestior, eo gratior.*

9. Quæ cum *Superlativis*, vel etiã *alijs?*

9. *Multo, longe, facile, tam, quam,* ponuntur cum Superlativis nominibus, non raro tamen & cum Positivis v. Comparativis. *vg. Orator multo celeberrimus; Philosophus longe sapientissimus, Ducũ facile summus.*

10. Quæ Adverbia ponuntur cum *modo Indicativo* aut *Conjunctivo?*

10. Cum modo Indicativo, vel etiam Conjunctivo ponuntur adverbia, quæ sequuntur *ubi, cum, simul ac, simul atq, quemadmodum, utcunq, sicuti, antequam, priusquam* &c. *vg. Simul atq audiam aliquid novi, vel simul atq audiero aliquid novi, scribam Tibi.*

11. Quæ Adverbia ponuntur cum *Modo Optativo?*

11. Solum Adverbium optandi *utinam,* ponitur cum modo Optativo. *vg. Vtinam homines, novissima præviderent.*

12. Quid observandum est circa adverbia

12. Observandum est quod ad Adverbia interrogandi *ubi? gdzie?* Respondẽtes, uti debent adverbijs istis: *hic, istic, illic, ibidem, &c.* Ad Adverbi

Interrogativa: *ubi, quo, unde. & qua?*

verbium interrogativum *quo? dokqd?* Adverbijs uti debent: *huc, istuc, illuc, eo, eodem, illo, alio* &c. quare vitiosè respondere solent incipientes dum interrogati *quo vadis?* respondent hic *v. ibi*, cum dicendum sit: *illuc, v. eò.* &c. Ad Adverbium interrog: *unde?* Adverbijs *hinc, isthinc, illinc, inde. undiq;* &c. Ad *quâ?* Adverbijs: *hac, isthac, illac, aliqua, qualibet, quacunq;*. Ad *quorsum* Adverbijs *horsum sursum deorsum &c.* utēdū est,

§. II.

De Constructione: Interjectionis.

1. Cū quibus casibus ponuntur Interjectiones?

1mo. Omnes interjectiones generaliter ponuntur cum casu vocativo. *vg. apage sceleste, euge serve bone &c.*

2do. Interjectiones *ah* & *heu*, Vocativo & Accusativo conjunguntur. *vg. ah ego miser, v. ah me miserum! heu perdite &c.*

3tio. Interjectio *o! v.* Nominativum, *v.* Accusativum, *v.* Vocativum post se exigit. *vg. o! homo perdite, v. o! hominem perditum.*

4to. Va regit Dativum. *vg, va misero!*

5to. Interjectio *Proh* Accusativum *v.* Vocativum post se vult habere. *vg. Pro superi! v. Pro Deum hominumq; fidem!* &c.

§. III.

De Constructione Conjunctionis.

1. Cum quibus modis ponũtur Conjunctiones?

1. Partim cum Indicativo, partim cum Conjunctivo.

2. Quæ Conjunctiones ponuntur cum solo modo *Indicativo*?

2. Unica conjunctio causalis *quia*, ponitur cum modo Indicativo solo. *vg. Non est sitiendus sanguis, quia dixit DEUS non occides.*

3. Quæ Conjunctiones ponuntur cũ modo *Indicativo* v. *Conjunctivo*?

3. Cum Indicativo. vel etiam cum Conjunctivo ponuntur Conjunctiones istæ *quanquam, etsi, tametsi, quamvis, si, etiamsi, antequam, priusquam, quod* pro *quia* &c. *vg. Etsi hoc non feci, v. priusquam venero*, &c

4. Quæ cum solo Conjunctivo?

4. Ista Conjunctio: *ut*, significans *Polonice żeby, aby, że*, & Conjunctio. *ne Polonice: żeby nie*, ponuntur cum solo Conjunctivo. *vg. Non sum ita levis, ut hæc faciam. Adeo sum fortis animo, ut hæc minime persentiscam. Cura ut valeas, & vide ne quid mali tibi eveniat; spero fore, ut sim apud Te brevi; ut jugulent homines surgunt de nocte latrones* &c,

SECTIO TERTIA.

De Constructione Communi.

1. Quæ Regulæ spectant ad Constructionẽ Communem

1. Explicatæ jam sunt in Appendice ad Partem secundam pag. 115. & *sequentibus*.

1. No-

1. Quid adhuc notandum de Constructione communi?

1. Nomina quæ in Lingua Polonica ponuntur cum istis particulis *za, przy, po, pod, vg. za Krola Stefana, pod Krolem Zygmuntem, Przy tobie Wodzu. Po zmarłym Oycu. Za pokoiu, za woyny,* &c. eleganter in Lingua Latina ponuntur in Ablativo casu sine præpositione ut: *Rege Stephano, Rege Sigismundo, Te Duce, mortuo Patre, Pace, Bello,* &c.

2do. Tempora Verborum in Lingua Polonica desinentia in *ßy*, vel posita cum Particula *gdy, vg. ſtraciwßy wolność, traci ſię wßyſtko, Gdym przechodził przez Miaſto, dom gorzał* eleganter mutantur in Ablativum (ut vocant) absolutè positum, ut: *amiſſa libertate, amittuntur omnia. Transeunte me per Vrbem, Domus arſit*; Notandum quod quando in Lingua Polonica sequitur in locutione Pronomen Relativum *on, onę, onego, onemu, oney; ią, mnie, iey, iego* & his similia, sive apertè hæc Pronomina ponantur, sive subintelligantur, tunc Ablativus absolute positus non habet locum, sed quod tempus desinebat in Lingua Polonica in *ßy v.* ponebatur cum particula *gdy*, in Lingua Latina debet mutari in eum Participij casum, in quo est pronomen, *vg. Przeczytawßy Kſiążkę darowałem*

 vel

vel Przeczytawßy Kśiążkę darowałem ią. Ne dicas: *lecto libro donavi illum*, sed *lectum librum donavi*. *Gdym przechodził, zaßedł mi drogę Przyiaciel* Ne dicas: *Transeunte me obviavit mihi amicus*, sed *Transeunti mihi obviavit amicus*. *Dopuściwßy się grzechu Człowiek zań żałuie*. Ne dicas: *admisso peccato. Hominem illius pœnitet sed admissi peccati hominem pænitet.* Sic & in casu recto dicitur: *Przyßedłßy do Kościoła zastałem Kazanie. Veniens ad Templum, deprehendi Sermonem.*



GRAM-



GRAMMATICES
Pars Quarta.
De Prosodia seu de Quantitate Syllabarum.

A: G:

§. I.
De Prosodia in Universali.

In[illegible]ogationes | *Responsa.*

[illegible] Quid est Pro[illegible]ia?

1. Est Pars Grammatices, quæ docet Quantitatem Syllabarum, quæ longiùs quæ breviùs sint pronuntiandæ, cognoscere.

[illegible] Quotuplices [illegible]t Consona[illegible] quod attin[illegible]d *Prosodi*[illegible]?

2. *Duplices:* aliæ *Mutæ* quibus in pronuntiatione postponitur vocalis, & sunt octo *b*, *c*, *d*, *g*, *k*, *p*, *q*, *t*. Aliæ semi vocales quibus vocalis anteponitur sunt itidem octo *f*, *l*, *m*, *n*, *r*, *s*, *x*, *z*. Ex semi vocalibus quatuor sunt *liquidæ: l*, *m*, *n*, *r*. quamvis *m*, *n*, raro liquescant. Literæ *duplices*, sunt *x*, & *z*. Litera H. in prosodia nihil valet

vel Przeczytawszy Książkę darowałem ią. Ne dicas: *lecto libro donavi illum*, sed *lectum librum donavi. Gdym przechodził, zaszedł mi drogę Przyiaciel* Ne dicas: *Transeunte me obviavit mihi amicus*, sed *Transeunti mihi obviavit amicus. Dopuściwszy się grzechu Człowiek zań żałuie.* Ne dicas: *admisso peccato. Hominem illius pœnitet* sed *admissi peccati hominem pænitet.* Sic & in casu recto dicitur: *Przyszedłszy do Kościoła zastałem Kazanie. Veniens ad Templum, deprehendi Sermonem.*





GRAMMATICES
Pars Quarta.
De Prosodia seu de Quantitate Syllabarum.

✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻A:✻✻G:✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻✻

§. I.
De Prosodia in Universali.

Interrogationes — *Responsa.*

1. Quid est Prosodia?

1. Est Pars Grammatices, quæ docet Quantitatem Syllabarum, quæ longiùs quæ breviùs sint pronuntiandæ, cognoscere.

2. Quotuplices sunt Consonantes quod attinet ad *Prosodiam*?

2. *Duplices*: aliæ *Mutæ* quibus in pronuntiatione postponitur vocalis, & sunt octo *b*, *c*, *d*, *g*, *k*, *p*, *q*, *t*. Aliæ semi vocales quibus vocalis anteponitur sunt itidem octo *f*, *l*, *m*, *n*, *r*, *s*, *x*, *z*. Ex semi vocalibus quatuor sunt *liquidæ*: *l*,*m*,*n*,*r*. quamvis *m*,*n*, raro liquescant. Literæ *duplices*, sunt *x*, & *z*. Litera H. in prosodia nihil valet

3. Quæ Vocales, & quando, fiunt Consonantes?

3. J. & V. quando in una dictione præponuntur alijs Vocalibus, & unam cum illis efficiunt Syllabam, fiunt Consonantes, scilicet in syllabis, *ja, je, ji, jo, ju. va, ve, vi, vo, vu,* ut *Troja, Vulcanus.* Tamen Syllabæ istæ: *Ia, Ie, Ii, Io, Iu,* possunt dividi apud Pòëtas in principio Dictionum Græcarum vel Hebraicarum in duas syllabas ut Jason, J—ason, Julus, J—ulus.

4. Quomodo vocatur Syllaba ratione Quantitatis?

4. Syllaba ratione Quantitatis vocatur vel *Longa*, cujus signum est tale—vel *Brevis*, cujus signum est tale ◡. vel *Communis* quæ potest esse vel longa vel brevis ad libitum cujusq; in carmine (nam extra carmen semper brevis est) hujus signum tale *o*.

5. Quid est Tempus Pòëticum?

5. Tempus Pòëticū vocatur illud spatium vel mora temporis, quo Syllaba pronuntiatur, & quidem Syllaba brevis dicitur constare ex uno tempore, & Syllaba longa, ex duobus. *Nam: vg.* in voce *Arduus Ar* Syllaba longa, tantum temporis in pronuntiando accipit, quantum *duus*, duæ breves syllabæ:

6. Quot modis cognoscitur Quantitas Syllabarum?

6. Duodecim Modis: Vocali ante Vocalem, Diphtongo, Positione, Præterito, Supino, Derivatione, Cōpositione, Incremento, Terminatione, Figura, Authoritate, & Naturâ.

§.

§. II.
De Prosodia in Particulari.
Et primo
De Vocali ante Vocalem.

1. Vocalis ante Vocalem in Latinis Dictionibus quãta est?

2. Quæ excipiuntur ab ista Regula?

1. Vocalis ante Vocalem in Latinis Dictionibus, est brevis, *vg.* Puer. fuit. deliciæ.

2. Hæc 1*mo.* Genitivi prisci primæ Declinationis in *ai*, *a*, ante *i*, habent longum. *vg.* Aulai, aquai, pro: aulæ, aquæ.

2*do* Vocativi secundæ Declinationis, habentes Vocalem ante Vocalem, in Nominibus Propriis producunt penultimam vocalem ante vocalem, *vg.* Cai, *Pompei.*

3*tio.* Genitivi ac Dativi quintæ Declinationis *E* ante *I* producunt. *vg. Diei.* Præter: *Rei*, *Spei*, *Fidei.*

4*to.* *Fio* cum compositis quando in aliquo illius tempore non reperitur litera *r*, *Fi* syllabam ante vocalem habet longam, nam si in aliquo tempore litera *r.* reperitur, *fi* syllaba ante vocalem est brevis. Genitivi desinentes in *ius*, *i*, ante *us* habẽt longum ut *illius*, *ipsius* &c. sed tantum extra carmen, nam in carmine *i* vocalis ante *us* est communis; Præter genitivum *alius*, qui semper longam, & *alterius*, qui semper brevem habet penultimam Syllabam.

6*to.*

6to. Interjectio *Eheu* in prima Syllaba producitur. *O he* & *Jo* vocalem ante vocalem habent communem. O! exclamandi particula ante vocalẽ sequentis dictionis est communis. Dius dia dium producitur.

3. Vocalis ante vocalem in Græcis Dictionibus, quãta est?

3. Vocalis ante Vocalẽ in quibusdam Græcis Dictionibus longa est ut: *aer Democratia*, *Thalia*, *Darius*, &c. In quibusdam brevis *Symphonia*. In quibusdã communis ut *Chorea*, *Platea* quæ in carmine penultimam variant.

§. III.

De Diphtongo.

1. Diphtongus tã in Græcis, *quam* Latinis Dictionibus quanta est?

1. Est longa. *vg*. *Æneas*. Pæna. Excipiuntur *Mæotis*, & Præpositio *Præ*, quæ in Dictionibus compositis, posita ante vocalem corripitur. *vg*. *Præeo*, *Præuro*.

§. IV.

De Positione.

1. Quotuplex est Positio?

1. Duplex: *Firma* & *Liquida*.

2. Quid est Firma Positio?

2. Quæ facit Vocalem firmiter & perpetuò longam.

3. Quando agnoscitur Vocalis esse longa Positione firma?

3. Cum *vel* post illam ponuntur duæ tresve Consonantes. *vg*. *Terra*, *Refringo*. *Vel*, ponitur una Consonans duplex. *vg*. Gaza, *Araxes*, *Vel* ponitur *J*, Litera facta Consonans.

vg.

vg. Troja, Major. Præter *Bijugus*, *Quadrijugs*, *jurejurando*, quæ vocalem *i*, *vel e* ante *i* Consonantem corripiunt. *Vel* deniq; cum una Dictio definit in Consonantem & alia sequens incipit à Consonante, prima illa dictio in Carmine, habet ultimam Syllabam longam Positione firmà. *vg.* Dat census *honores*.

4. Quid est Liquida Positio?

4. Quæ facit vocalem in Carmine cõmunem, extra Carmen brevem. *vg. Tenebræ;* in Carmine Syllaba *ne* vel corripitur, vel producitur; extra carmen verò semper corripitur.

5. Quod sunt Cõditiones ad Positionem Liquidam?

5. Tres conditiones requiruntur ad Positionem Liquidam. 1*ma* ut Vocalis in Primitivo seu à natura sit brevis. 2*do*, Ut post Vocalem ponatur Muta & Liquida, & quidem prius Muta, quam Liquida. 3*tio*. Ut tam Muta, quam Liquida in Syllabisando cõjungãtur cum sequente Vocali. vg. *Volucris; Patris* Syllaba *lu* & *pa* sunt communes: nam in Primitivis Pater, *Volucer*, *pa* & *lu Syllabæ* breves. Màtris autem *Fratris* Syllabæ *ma* & *fra* sunt semper longæ, nam *Mater. frater* Primitiva, *ma* & *fra* habent Naturâ longas Syllabas.

§. V.

De Præterito.

1. Præterita dissyllaba quãta sunt?

1. Habent primam Syllabam longam. *vg.* vi*di*, la*vi*, se*di*. Excipiuntur hæc: *steti*, de*di*, sci*di*, tu*li*, bi*bi*, fi*di*, â *findo*; quæ primam Syllabam habent brevem.

2. Præterita trisyllaba quãta sunt?

2. Primam Syllabam habent talẽ qualis est Prima Præsentis Indicativi. Excipiuntur ge*nui*, po*sui*, po*tui*, quæ primam habent brevem; secundam Syllabam non impeditam vocali ante vocalem habent longam *vg.* Ama*vi*, peti*vi*, cogno*vi*.

3. Præterita geminãtia Syllabam quanta sunt?

3. Et primam Syllabam & secundam (nisi obstet Positio firma) habent brevem. *vg.* Ceci*ni*, teti*gi*, ceci*di*, à *cado*. Excipitur *Cecidi* à *cædo*, quod primam Syllabam brevem, secundam longam habet.

§. VI.

De Supino.

1. Supina dissyllaba quãta sunt?

1. Habent primam Syllabam longam. *vg.* Vi*sum*, Mo*tum*, Ci*tum*, à *Cio*. Excipiuntur: Ci*tum*, à *cieo*, *datum*, i*tum*, li*tum*, qui*tum*, ra*tum*, ru*tum*, sa*tum*, si*tum*, quæ habent primam brevem. item *Futurus a, rum*, à veteri supino verbi *sum* derivatum, Syllabam *fu* habet brevem. In Supino Sta*tum* prima Syllaba est communis,

2.

2. Supina trisyllaba simplicium verborũ quanta sunt?

2. In prima Syllaba sequ præsens Indicativi. *vg. amatum* ter *solutum*, *positum*, *genitum*, primam Syllabam habent bre etiamsi eandem in Præsenti Ind vi producunt; penultimam vero labam supina desinentia in *atum*. *utum*, habent longam. *vg.* am *completum*, *argutum*. Supina pro ẽtia à præteritis in *ivi* eandẽ ha longam. *vg. Petitum*, *auditum*: q si ab alijs præteritis quibuscu proveniant habent brevem, *vg.* tum, *conditum* à *condo*, *monitum*

§. VII
De Derivatione.

1. Qualem habent quantitatem Deriwata?

1. Hanc eandem in omnibus, q & eorum Primitiva. *vg. Cane* ca*nam* à ca*no*; ita leg*erim*, legi legi præterito. Da*turus*, à su da*tum*, A*vitus*, ab a*vus*.

2. Quæ Derivativa longa sunt, à Primitivis brevibus orian

2. Hæc Bubulcus à *bubus*, Denus, à *De*
Dolium à *dolando*, Fomes & fomentũ à *fo*
Humanꝰ & humor ab *humus*, Jugerũ, Jugis, à *j*
Jumentum à *juvo*, Laterna à *Lateo*,
Lex legis à *lego*, Macero à *Macer*,
Mobilis à *moveo*, Momentum à *moneo*,

Nonus à *Novem*, Penuria à *penus*.
Rex Regis Regula à *rego*, Secius à *secus*,
Sedes à *sedeo*, Tegula à *tego*.

3. Quæ Derivativa brevia sunt, licet à Primitivis longis oriantur?

3. Hæc: Arena & arista ab *areo*, Dicacitas à *Dico*,
Disertus à *dissero*, Lucerna à *luceo*,
Mammilla à *mamma*, Nato à *no*, *nas*, *nare*,
Odium ab *odi*, Offella ab *offa*,
Vox vocis, vocula, vocalis à *voco*, Ovum ab *ovis*,
Fragor, Fragilis, Fragosus, à *frango*, Sagax à *saga*,
Sigillum à *signum*, Sopor à *sopio*,
Tigillum à *tignum*, Vadum à *vado*, *vadis*,

§. III.
De Compositione.

1. Qualem habent quantitatē cōposita?

1. Eandem, quam & simplicia. *vg.* *perlego*. *Ebibi*, *Oblitum* ab *oblino*, habent penultimam brevem, quia & simplicia Lego, *Bibi*, *Litum*, habent eandem syllabam brevem.

2. Mutatis Diphtōgo aut Vocali Dictionis simplicis, utrū simul mutatur & quantitas in compositis?

2. Minimè, sed eadem omnino quantitas manet *vg.* *Concido*, *Excido*, *Occido*, penultimà brevi à ca*do*, *Concido*, *Excido*, *Occido* penultimâ longâ à Cæ*do*, *Allido*, à *lædo* *Obedio* ab *audio*.

3. Quæ Composita *brevia* sunt, licet à simplicibus *longis* oriantur?

3. Hæc. Deiero peiero à iuro. *Pronubus*, *ba bum*. *Innubus ba*, *bum*, à *Nubo*. *Connubium* secundam habet communem. *Fatidicus*, *Maledicus*, *Causidicus*, &c. à *Dico*, *is*. *Nihilum*

ex

ex *ni*, & hil*um*. *Semisopitus*, à sopitus, *agnitum cognitum*, à notum.

4. Quæ Composita lõga sũt, licet à simplicibus *brevibus* oriantur?

4. *Comitium* à supino *itum*, *Impegi*, *Compegi* à *Pepigi*.

5. Præpositiones in Compositis Dictionibus quantæ sunt?

5. Præpositiones *A*, *e*, *de*, *di*, *se*, longæ sunt. *vg*. *Amoveo*, *Educo*, Di*moveo*, Se*paro*. Excipiuntur: A*perio*, Di*rimo*, Di*sertus*, in quibus prima Syllaba corripitur. Præpositiones: *ab*, *ad*, *ante*, *circum*, *in*, *ob*, *per*, *re*, *sub*, *super*, nisi obstet positio firma, breves sunt. *vg*. *Abeo*, *adimo*, ante*fero*. Nota, *Refert* Impers: ex Ablativo *re* compositum, primam producit, Præpositio *Pro*, in Latinis Dictionibus longa. *vg*. Pro*duco*, Pro*ficio*, in Græcis brevis est. *vg*. P*ropheta* P*rologus*.

6. In quibus Dictionibꝰ Cõpositis Latinis Præpositio *Pro* est *brevis*?

6. In his: Pro*tervus*, Pro*cella*, Pro*cumbo*, Pro*nepos*, Pro*neptis*, Pro*fecto*, Pro*ficiscor*, Pro*fectus*, Pro*fugus*, Pro*festus*, Pro*fundus*, Pro*pero*, Pro*pinquus*, Pro*fiteor*, Pro*pago*, idem ac genus, (nam cum *vitem* significat *Pro* producitur) & alia ab illis derivata; Hæc: vero: *profundo*, *propello*, *propino*, *propago* verbum, primam habent communem,

7. Quid præterea in Cõpositis vocibus est observandum?

7. Observandum est, quod voces aliæ in Compositis vocantur *non Corrupta* quæ nullam literam vocum sim-

simplicium mutant, sic ex *bene* & *facio* componitur: *benefacio*. *Corrupta* autem, in Compositis voces vocantur, quæ Literam aliquam v. Syllabam aliter mutant vel abjiciunt in Dictione Composita. vg. ex vocibus *agrum* & *colens* fit Dictio composita *Corrupta* agri*cola*.

8. In Dictionibus Compositis Pars *non corrupta* quanta est?

8. Pars prior & posterior utraque *non corrupta* talis est, qualis fuit in vocibus simplicibus. vg *Quare* compositum ex *qua* & *re* utraque longa.

9. In Dictionibus Compositis Pars *Corrupta* quanta?

9. Si prior Pars *corrupta* desinit in *A*, est longa. vg. Tra*no*, tra*do*; Tra*duco*. Si in *E*, est brevis. vg Ne*fas*, Lique*facio* Excipiuntur quæ longa sunt: Neq*uam*, Ne*quitia*, vene*ficus*, *a*, *um*. Si in *I*, desinat itidem brevis est. vg. Omni*potens*, causi*dicus*. Excipiuntur hæc, quæ longa sunt: Jbi*dem*, Jbiq; ubi *libet*, ubi*vis* J*dem*, gen: masc: Big*a* quadrig*a*, sexig*a*, *siquis*, scili*cet*, Tibi*cen*, Ni*mirum*, Bi*mus* &c. Tanti*dem*; Qui*vis* &c. Meri*dies*, & alia composita ex *dies*. Si prior Pars *corrupta* desinit in O in alijs vocibus est brevis. vg. Quando*quidē*. In aliis est lōnga, ut *GræcoLatino*, *Alioqui* &c.

§. IX.

De Incremento,

1. Quid est Incrementum?

1. Est Augmentum unius vel plurium syllabarū in Nominibus supra

Nomi-

Nominativum casum, in Verbis supra secundam Personam Modi Indicativi ut: *sermo, onis, Doces, docebam.*

2. Possuntne plura Incrementa dari in una voce?

2. Possunt duo. tria, v. quatuor. *vg. Iter, itineris, amas, amaveramus. Audis audiebamini* Ubi notandum quod prima syllaba (nisi Nominativus aut secunda persona unius sint Syllabæ) & ultima nunquam apud Pòétas vocentur incrementa.

De Incremento Casuum.

1. Daturne in omnibus quinque Declinationibus singulare Incrementum casuũ?

2. Non datur in prima & quarta Declinatione. In secunda Declinatione incrementum breve est ut *Vir, iri, satur, uri, miser*,eri, *lacer*,eri. Excipiuntur *Iber* & compositum *Celtiber* quæ habent incrementũ lòngum. In quinta Declinatione Incrementum in *E*, est longum. *vg. Dies, diei.*

Incrementa in A sunt Longa *vg. Pax acis Audax acis.* * I.

Singularia Tertiæ Declinationis.

Exceptiones

1. 1*mo* Masculina in *Al* & *Ar*, & quævis alia in duas Consonantes exeuntia Incrementum habent breve. *Sal, alis. Cæsar, aris, Arabs, Arabis*, 2*do*. *Par* cum compositis. Item *Lar, Jubar, Hepar, Nectar, Baccar, Mas, anas, vas, adis*, Incrementum corripiunt. 3*tio*. Græca in *A*, vel *As*, vel *Ax*, in Nominativo finita Incrementum breve habent. *vg. Pòéma, atis. Pallas, adis. Corax*, acis.

Præter

Præter: *Ajax Thrax, Thorax, Limax, Phæax, Hierax,* quæ habent Incrementum longum.

E. Brevia. *vg. Grex, egis, Funus, eris,* * 2.

* 2. *1mo.* Incrementum longum habent nomina, quorum Genitivus exit in *Elis*, & *Enis. vg. Michàël, elis, Siren, enis. Attagē* tamē *attagenis*, breve Incrementum habet. *2do.* Græca *Er*, vel *Es* in Nominativo finita, producunt Incrementum. *vg. Character, eris. Tapes, etis,* Præter: *Aer, æther. 3tio. Ver, seps, Plebs, Fax, Merces, quiès, Hares, locuples, Rex, Lex, Halex, vervex,* Incrementum producūt.

I & Y Brevia *vg. Nix, ivis, Chalybs, ybis.* * 3.

* 3. *1mo.* Adjectiva desinentia in *Ix*, & Verbalia in *Trix*, Incrementum producunt. *Felix, icis, victrix, icis,* sed *natrix natricis corripitur 2do. Lis, Dis, Samnis, Nesis, Glis, Gryphs, Vibex, bombyx, cicatrix, perdix, radix, carnix, coccyx, lodix, phænix, spadix, cervix, mastix, junix, Ceyx.* Incrementū longum habent. Præter: *Bebrix, David,* quæ variantur. *3tio.* Græca quorum Genitivus exit in *Inis* vel *Ynis* Incrementum producunt. *vg. Delphin, inis, Gortyn, ynis.*

O Longa *vg. Sermo onis, Sol, olis.* * 4.

* 4. *1mo.* Corripiunt Incrementum Græca, habentia Genitivū in *Onis* scriptum per *Omycron. vg. Jason, onis,*

Incre-

Incrementa in Exceptiones.

Nam quæ illum habent scriptum per *Omega*, producuntur. *vg. Simon, onis.* Præter: *Ægon* & *Orion*, quæ variantur, *2dò.* Latina Substantiva Neutra, dummodo non monosyllaba; & Græca cujusvis generis habentia Genitivū in *Oris*, corripiuntur. *Tempus, oris. Nestor, oris. 3tiò. Cappadox, Allobrox, precox;* Item composita ex *pus, podos, vg. Tripus, odis.* Item Desinentia in *obs, v. ops.* Incrementum breve habent. *Scrobs, obis, Æthiops, opis.* Præter: *Cyclops, Cecrops, hydrops. 4to* Ista *Bos, compos, impos, arbor, memor, bicorpor, tricorpor, lepus* animal Incrementum suum corripiunt. *Saxonis, Teutonis* & similia corripiuntur, præter *Burgundicnis.*

U. Brevia. *vg. Dux ucis, Furfur, uris* * 5.

* 5. *tmò* Nomina finita in *us*, habentia Genitivum in *Vtis*, vel *Vris*, vel *Vdis*, Incrementum longum habent. *Virtus, utis. Tellus, uris. Palus udis.* Præter: *Pecus, udis. Ligus, uris. Intercus, utis. 2dò.* Ista; *Frux, ugis, Lux, Pollux; Fur*, & ex eo compositum *Trifur*, Incrementum suum producunt.

Incrementa Pluralia Omnium Declinationum.
in Exceptiones.

A, E, O, sunt Longa. *vg. Deabus. Rerum Vobis,*

I.U. Brevia *vg.* *Tribus.* *Quercubus.*, * 1.

1. *Bubus* id est *Bobus*, producit primam syllabam.

De Incremento Temporum.

1. Quomodo cognoscuntur Incrementa in Verbis?

1. In Verbis, *Activis* & *Neutris* quot numerô reperiuntur Syllabæ supra secundam Personam Præsentis Modi Indicativi, tot numero sunt Incrementa. *Studes*, *studeremus*. In Tempore *Studeremus*, *de*, *re*, mediæ Syllabæ sunt duo Incrementa. In verbis *Passivis* supra eandem Personam Modi Indicativi incremẽta numerantur. *vg.* *Ponis ponebamini* habet tria Incrementa *ne*, *ba*, *mi*. *In Communibus & Deponentibus* Verbis debet fingi secunda Persona Modi Indicativi, quasi verbi Activi. *vg.* *Horto*, *hortas*, *hortat*. *Reo*, *res*, *ret*. Quare numerus Incrementorum facilè colligetur ex hac ficta secunda persona præsentis Indicativi. *vg.* *Rebamini*, *hortabamini*, ubi sunt tria Incrementa supra *hortas* & *res*.

Incrementa in Temporum omnium Conjugationum.

Exceptiones.

A. sunt Longa *vg.* *Amamus.* *Amarèm.* * 1.

* 1. Verbum *Do* cùm compositis *venundo*, &c. Syllabam *da*, Incrementum primum, corripit. Ubi non sunt confundenda composita ab *undo*. *vg.* *Inundo* &c. quæ Incrementum *A* producunt, juxta Regulã generalem.

2.

Incrementa	*Exceptionis.*
E. Longa. *vg.* Fle*bam*. Re*bar*. *Reris*. * 2.	* 2. 1mò. Incrementum *E*, ante Syllabas *Ram*, *Rim*. *Ro*, in omnibus Verbis corripitur. *vg*. E*ram*. *fueram*, *ero*. 2dò. Incrementũ primũ ante *R*, in Tempore Præsenti & Imperfecto cujusq; modi Verborum tertiæ conjugationis, omnis Generis curripitur. *vg*. *Legerem*, *Legeris*, *gere*, *Satagere*, *Adipiscereris*, Nam secundum Incrementum *E*, in Personis secundis imperfecti Temporis Modi Optativi & Conjunctivi desinentibus in *Reris* vel *rere* producitur. *vg*. *Legereris*, *Adipiscerere*. 3tiò. *E*, in Futuro Indicativi Modi primæ & secundæ Conjugationis corripitur. *vg*. *Amaberis* vel *bere*, *doceberis* vel *bere*. *Velim velis* &c. Incrementum breve habet. *Nota*. Quod apud Pòëtas e, ante *runt*, syllaba interdum corripitur *vg*. steterunt.
I. Brevis *vg*. *Legimus Petimius* * 3.	3tiò. 1mò. Incrementum *I*, producit *sum* & *volo* cum compositis. *vg*. *Simus*, *adsimus malimus*, Præter Indicativi Perfectum, ubi incrementum *I* breve est *vg*. *Fuimus*, *voluimus*. 2dò. Incrementum primum J, omnia verba quartæ Conjugationis producunt. *vg*. *Audivimus*, *ivimus* Præter Primam Personam Pluralem, Perfecti Indi-

Indicativi Modi, definentem in *imus*, quartæ Conjugationis ubi *I*, corripitur. *vg*. *Venimus reperimus*, ad differentiam ejusdem Personæ Præsentis Indicativi ubi *I*, producitur. *vg*. *reperimus*. *Nota*: in *rimus*, *ritis*, Modi Coniunctivi, temporibus *ri* syllabam aliquando produci.

Incrementa O. Longa. *vg*. *Facitote Auditote*. * 4.

Exceptiones.

* 4. In *Volam*, *voles*, *volet*, *volemus*, &c. à Verbo: *Volo*, *vis* o corripitur.

U. Brevia. *vg*. *Possumus*, *Volumus*. * 5.

* 5. Futura Participii in *Vrus*, *ura*, *urum*. Incrementum U, producunt. *vg*. *Futurus*, *Decturus*

§. V.

De Terminatione.

1. Quomodo cognoscitur quãtitas ultimæ Syllabæ?

1. Vel ex Diphtongo. *vg*. *Musæ vigilæ*, vel ex positione firma. *vg*. *Prudens*, *Praecox*, vel ex Regulis sequentibus.

Desinentia in *A* sunt Lõga. *vg*. *à*, *da juxta*, ah! vah! * 1.

1. *imò*. Ultimam brevem habent omnes Casus definentes in *A*. *vg*. *vià*, *templa*. Præter Ablativos. *vg*. *hac vià*, & Vocativos Græcos Nominum Masculinorum primæ & tertiæ declinationis in quibus ultima A: est longa. *vg*. *ô Ænea*! *ô Palla*! adò *Eja*, *ita*, *Postea*, *quia*, ultimam habent brevem.

* 2.

Desinentia in	Exceptiones,
E. Brevis. vg. Lege populenempe. * 2.	* 2. 1mò. Producuntur omnes Casus in E, exeuntes, primæ & quintæ Declinationis. vg. Anchise, ode, re, die, cum compositis quare, hodie &c. 2dò. Item valde, cete, tempe, ohe, Monosyllaba: me, te, se, de, è, ne, id est non, 8 ultimum longum habent. Enclitica tamen, que, ne, ve, ce, te, pte, pse, per Regulam generalem brevia sunt. 3tiò. Secundæ Personæ Numeri Singularis Modi Imperativi verborum secundæ Conjugationis ultimum e, habent longum. vg. Doce, move, Communia sunt vale, cave. 4tò. Adverbia in E, ab Adjectivis secundæ tãtùm Declinationis orta. vg. Pulchrè, doctè, e ultimum longum habent. Præter: Bene, malè, mage. i e. magis, quæ e habent breve. Infernè supernè ultimam habent communem.
I. Longa. vg. Classi veni, illi. * 3.	* 3. 1mò. Græca desinentia in J, vel Y ultimum J, habent breve vg. Moli, Palladi 2dò. Mihi, tibi, sibi, & cui dissyllabum, nisi, quasi, ubi, ibi, cum Compositis, ut alibi &c. Ultimam habent communem; sed nisi & quasi frequentius corripiuntur.
O. Communis. vg. Ego sero ad v. duo, verò Conjũctio.	* 4. 1mò. Omnia Monosyllba desinentia in O, producunt ultimam. vg. sto. do. 2dò. Omnes Dativi & Ablativi in O, habent longum o. vg.

Desinentia in	*Exceptiones,*
	Templo, isto. 3*tio.*Græca per *Omega* scripta habent longum O.*vg.Clio.* Echo. 4*tò.*Ergo pro causa. Adverbia in *o* ex Nominibus & Pronominibus orta *vg.Falsò,* *illò,eò,* cũ Cõpositis: *adeò,* *ideò,* idem *o* longum habent,
V. Longa. *vg.* *Manu,cornu-reatu.*	Præter: *Modò* cum Compositis: & *ilicò,* *imò* &c. quæ ultimam habent brevem.
B. Brevia. *vg.* Ab sub.	
C. Longa. *vg.* *Hac,hac,hic,* adverbiũ * 5.	*5. *imò.* Brevem habent ultimam. *Nec* · *donec,* & Peregrina in *Ec.* *vg.* *Melchisedec,Abimelec,* 2*dò* *Fac* & *hic* pronom: ultimam communẽ habent.
D. Brevia. *vg.* *quid ad.*	
L. Brevia. *vg.* *Annibal,* *semel.* * 6.	* 6. Longa sunt *sal,* *sol,* *nil,* & Hebræa in *El.* *vg.* *Michàël,* *Gabriel.*
M. Brevia in Cõpositis *vg.* *Circumago.*	
N. Longa. *vg.* *En,non,sin,* *Delphin.* * 7.	* 7. *imò* Brevem habent ultimam Nomina *En* finita, habentia Genitivum in *Inis* cum Incremento brevi. *vg.* *Carmen,* *inis,* flumen, *inis.* 2*dò.* Brevem habent ultimam Græca Neutra in *On,* secundæ Declinationis apud Latinos. *vg* *Pelion,* *Ilion.* 3*tiò.* Accusativi Græci in *N,* desinentes, à Nominativis ultimã brevem habentibus orti, similiter ultimam brevem habent *vg.* *Æginan,* *Ibin.* 4*tò.* *An,* *forsan,* *forsitan,* in, cum compositis: *dein,*

dein, *proin*. *Tamen*, *attamen*, *viden*, *audin*, *egon*, & similia *id est videsne*, *egone*, ultimum *n*, habeat breve.

R. Brevia. vg. *Vir*, *semper*, *frater*. * 8.

8. 1mò. Producunt in fine: *cur*, *fur*, *trifur par* cum Compositis, *lar*, *nar*, *far ver Iber*. 2dò. Ultimam longam habent desinentia in *eris ut*: *Aer*, aëris, *æther*, *eris*. &c. 3tiò. *Cor* ultimam habet communem.

As Longa. vg. *Atlas*, *fas*, *ætas*, *alias*. * 9.

* 9 1mò. Brevem habent ultimam Nominativi in *As*, quorum Genitivus exit in Adis. vg. *Pallas*, *lampas*. 2dò Accusativi Plurales in *As*, tertiæ Declinationis, ultimam brevem habent. vg. *Heroas*, *Troas*.

Es Longa. vg. *Anchises*, *vides*, *acies*. * 10.

* 10. 1mò. Brevem habent ultimam Nomina in *Es*, quæ Incrementum in Genitivo habent breve. vg. *Miles*, *dives*. Præter: *Aries*, *abies*, *paries*, *Ceres*, *pes* cum compositis, ut *sonipes* &c. quæ licet Incrementum breve habent, tamen ultimam syllabam habent longam. 2dò. Græca Neutra Numeri Singularis. vg. *Cacoethes*, *Hippomanes* &c. Item Nominativi & Vocativi, Numeri Pluralis Græcorum Nominum, *Es* habent breve. vg. *Troes*, *Arcades*. 4tò. Præpositio: *Penes*. & *Es* secunda Persona verbi *sum* cum compositis: *ades*, *prodes*, *potes* ultimam brevem habent.

* 11.

Desinentia in	*Exceptiones.*
Is & *Ys* Brevia. vg. *Apis, in quis Chelys.* * 11.	* 11. 1mò. Longam habent ultimam omnes Casus Plurales desinentes in *Is* vg. *Viris, nobis.* 2dò. Nominativi, in *Is* Incrementum longum habentes, ultimam Syllabam *Is* longam habent. vg. *Lis, dis, samnis, simois.* 3tiò. Personæ secundæ Numeri singularis Præsentis Indicativi, Quartæ Conjugationis, ultimam longam habent. vg. *Is audis.* 4tò. Verba: *Velis, nolis, malis, vis,* Nomen & Verbum cum compositis: *quivis* &c. *sis* cum compositis: ut; *adsis possis,* &c. Item ista: *Bis, comprimis, imprimis, foris, deforis, aforis, gratis,* ultimam longam habent.
Os Longa. vg. *Minos os oris.* * 12.	* 12. 1mò. Brevem habent ultimã *Compos, impos, Os ossis, exos, exossis.* 2dò. Græca Neutra. vg. *Chaos, melos,* & alia *Græca Os* finita, quæ ad secundam Latinorum Declinationem spectant, *os* ultimũ breve habent vg. *Tyros isthmos.* 3tiò. Omnes Genitivi Græci in *Os*, à quibuscunq; Nominativis proveniunt, ultimam brevem habent. vg. *Pallados, Tethyos.*
Us Brevia, vg. *Amicus, facus, vivimus.* * 13.	* 13. 1mò. Longam habent ultimam Monosyllaba. vg. *Mus, thus, grus.* 2dò. Nomina *us* finita Incrementum longum habentia: similiter ulti-

ultimam longam habent, vg. *Virtus*, *Tellus*. 3*tiò*. Quartæ Declinationis Genitivi Singulares; Item Nominativi, Accusativi, & Vocativî Plurales *us* longum habent. vg. *Sensûs fructûs*. 4*tò*. Genitivi Græci in *us*, tertiæ Declinationis, à fæmininis in *o*. vg. *Dido Didus*, *us* longum habent. 5*tò*. Græca Genitivum in *Vntis* habentia. vg. *Opus*, *Amathus*. Item contracta ex *Oos*. vg. *Panthus*. Item: *Tripus*, *Malampus*. Item Sanctissimum Salvatoris Nostri Nomen JESUS, ultimam Syllabam longam habent.

§. XI.
De Figura.

1. Quid est Figura?

1. Quæ addit, vel adimit, vel mutat literam, vel Syllabam.

3. Quæ Figuræ observantur in Pöëtia?

2. *Synæresis*, quæ duas Vocales contrahit in unam, ut *cùi* pro Cui, Dî pro Dii. *Diæresis*, quæ Syllabam in duas dividit, ut *Syluæ* pro *Sylvæ*. *Elisio*, cum *M*. Consonans ante Vocalem, vel Vocalis ante Vocalem, in duabus Dictionibus eliditur ut: *subdidit Oceanum Imperio & maria omnia sceptris*. Interjectio, *ah*, *hei*, *heu*, ante Vocales non eliduntur. *Ecstasis*, cum

cùm Syllaba brevis producitur præsertim in Compositis ex Præpositione *re*, Consonantem duplicando; ut *Relligio. rettulit. Syncope*, cùm syllaba è medio dictionis aufertur, ut *perîclum* pro *periculum*, *Divûm* pro *Divorum*. *Apocope* cum Litera in fine Dictionis aufertur. ut *peculî*, *Ingenî*, pro *peculii*, *ingenii*, *Tmesis* cùm in Compositis quibusdã Ordo Syllabarum mutatur. *vg*. *Pereat* qui *tibi* cunque *nocet*, pro quicunq; *tibi nocet*. *Prothesis*, ut *gnatus* pro *natus*. *Aphæresis*, ut *temnit*, pro *contemnit*. *Epenthesis*, ut *Navita* pro *Nauta Mavors* pro *Mars*. *Paragoge*, ut *dicier*, *laudarier*, pro *dici*, *laudari*. *Antithesis* ut *olli* pro *illi*.

§. XII.

De Authoritate & Natura.

1. Quid est *Authoritas* quæ potest in Dictione facere Syllabam ex *brevi* longam, & ex *longa* brevem?

1. Est alicujus *Classici* Authoris exemplum. *vg*. In Dictione *Batavus* poteris penultimã corripere & producere; pro utroque enim stant Authores Classici. *Vangiones*, *Bataviq; truces*, *quos ære recurvo*. *Lucan*. *l*. 1. *Hic petit Euphratem juvenis*, *dimitq; Batavi*. *Juven*. *Sat* 8.

2. Quid est *Natura*, qua agnoscitur Quãtitas, Syllabarum?

2. Est ille consensus omnium Pòëtarum, qui omnes alias Syllabas voluerunt perpetuò esse breves, & alias

perpetuò longas. *vg. Dominus. Do* Syllaba naturâ brevis est. *Murus, mu* syllaba longa est sic de alijs innumeris. *Notandum* quod nomina Peregrina sint communia ut *Varsavia*, Syllaba *sa* potest esse vel brevis vel longa in Carmine.

COROLLARIUM.

De Patronymicis, Pedibus, Cæsuris, & aliquibus Carminibus

§. I.

De Patronymicis, Pedibus, & Cæsuris

1. Quid sunt Patronymica? — 1. Sunt Substantiva à Nominibus Proprijs derivata, *vg. Dardanides*, à Dardanus. *Romulides*, à Romulus, *Pelides* à Peleus. Quæ nullomodo pro libitu excogitanda sunt qualia sunt illa Barbara, & minimé Latina: *Viennis, Austriades, Lechiades, Castellanides, Palatinides &c.* Sed ijs tantùm utendum est, quæ in veteribus Latinis Pòétis leguntur, quorum Quantitas ex iisdem cognoscitur.

2. Quid est Pes Pòéticus? — 2. Est Pars Versûs ex duabus, tribus, vel pluribus syllabis constans.

3. Qui sunt Pedes Pòétici præcipui? — 3. Isti.

Spon-

Pedes dissyllabi 4.	Spondeus	--	*Lites.*
	Pyrrichius	vv.	*Fuge*
	Choreus	-v	*Vive.*
	Jambus	v-	*Deo*
Pedes trissyllabi 8.	Molossus	---	*Virtutes.*
	Trybrachys	vvv	*Sequere*
	Dactylus	-vv.	*Optima.*
	Anapestus	vv-	*Facias.*
	Bachius	v--	*Amicos.*
	Antibacchius	--v	*Defende*
	Creticus	-v-	*Sis bonis*
	Amphybrachys	v-v	*Amicus,*

4. Quid est Cæsura? — 4. Est id, quod ultra pedem metricum ex una dictione remanet. vg. *Illa solet miseris gravior fortuna videri.* Ita scanditur: *Illa so* | let *mise* | ris *gravi* | or *for* | tuna *vi* | *deri.* *Let, ris, or, &c.* sunt Cæsuræ; quæ Versum exornant,

§. II.
De Carminibus.

1. Quæ Carmina sunt usitatiora? — 1. Hexametrum; Pentametrum, Horatianum, Saphicum, Jambicum, Asclepiadeum, & Glyconium. Cætera usu discentur ex Poëtis.

2. Quibus Pedibus constant Hexameter & Pentameter? — 3. Istis.

Hexa-

Hexa	-vv	-vv	-vv	-vv	-vv	--
	--	--	--	--		-v
Pentā	-vv	-vv	-	-vv	-vv	v
	--	--				-

At cui virtutis solida monimenta supersunt,
Is sua post etiam fata, superstes erit.

3. Quibus Pedibus & Versibus constat Horatianum Carmen?

3. Istis.

--	v-	-	-vv	-vv
--	v-	-	-vv	-vv
--	v-	--	v-	-
-vv	-vv	-v	--	

Augustam Amici pauperiem pati
Robustus acri militiā puer
Condiscat, & Parthos feroces
Vexet Eques metuendus hastâ

4. Quibus Pedibus & Versibus Constat Carmē Sapphicum?

4. Istis

-v	--	-vv	-v	--
-v	--	-vv	-v	--
-v	--	-vv	-v	--
			-vv	--

Di probos mores docili Juventæ.
Di Senectuti placidæ quietem
Romulæ Genti date remq; prolemq;
Et decus omne.

5.

5. Quibus Pedibus constat Iambicum? | 5. Jstis

v- | v- | -- | v- | v-
-- | v- | -- | v -

At o Deorum quisquis in Cælo regis
Terras & humanum genus.!

6. Quibus Pedibus & Versibus constat Asclepiadeum & Glyconium Carmen.

6. Asclepia: Jstis: -- | -vv | - | -vv | -vv
Glycon: Jstis: -- | -vv | -vv

Eheu quantus equis, quantus ades Viris
Sudor, quanta moves funera Dardana
Genti, jam galeam Pallas & ægida,
Currusq́ & rabiem parat,

BREVIS DOCTRINA.

De
Elementis Numerorum.

Scientia Numerorum vocatur *Arithmetica.* Partes illius sunt: *Numeratio, Additio Subtractio & Divisio.*

Numerus scribitur sic.

Ordinarius	1	2	3	4	5	6	7	8
Ecclesiasticus:	I	II	III	IV	V	VI	VII	VIII
	9	10	11	12	13	14	15	
	IX	X	XI	XII	XIII	XIV	XV	
	16	17	18	19	20	30	40	
	XVI	XVII	XVIII	XIX	XX	XXX	XL	
	50	60	100	200	300	500	1000	
	L	LX	C	CC	CCC	D	M.	

Nume-

Numeratio.

Numeratio: Per quam dati numeri valor exprimitur, hoc exemplo exhibetur.

3 7 6 5 8 2 4 3 4 6

In quo Exemplo, à dextra incipiendo figura posita

1mô	*locô*	significat	*unitates*	6
2dô	*locô*	- - -	*Decades*	4
3tiò	*locô*	- - -	*Centena*	3
4tô	*locô*	- - -	*Millia*	4
5tô	*locô*	- - -	*Decades Millium*	2
6tô	*locô*	- - -	*Centena Millium*	8
7mô	*locô*	- - -	*Milliones*	5
8vô	*locô*	- - -	*Decades Millionum*	6
9nô	*locô*	- - -	*Centena Millionum*	7
10mô.		- - -	*Millia Millionum*	3 &c.

Quare hujus numeri valorem sic exprimes tria millia millionum, septingenti sexaginta quinque milliones, octingenta viginti quatuor millia tercentum quadraginta sex.

Additio.

Additio est plurium numerorum in unam summam collectio *vg.*

		A	B	C
Solvit aliquis pro re quapiam		2	6	2
Item - - - - - - - -		9	5	3
Item - - - - - - - -		1	4	2
Item - - - - - - - -			1	0
Summa expensi - -	8XS.	1	3 6	7

Cùm numeras, collige imprimis in unam summam omnes numeros columnæ C, sic: 2. & 3. faciunt 5, 5, & 2, sunt 7, scribe igitur sub eadem

Colu-

Columna C infra lineam 7. Deinde adde numeros Columnæ B. 1. & 4, sunt 5, 5, & 5, ac tandem 6, faciunt 16, scribe itaque sub columna B, infra lineam 6, & priorem numerum 1, serva addendum sequenti Columnæ quod semper observandum est quando numerus est duarum notarum. Adde denique numeros Columnæ A, 1, manens ex Columna B, & 1, Columnæ A, sunt 2, 2, & 9, faciunt 11, 11, & 2, faciunt 13, scribe itaque totum 13, infra lineam. Summa igitur horum numerorum est 1367.

Examen Additionis fit ejiciendo 9, quoties potest ejici ex numeris supra lineam, deinde ex summa, si operatio rite parata est, ex utroque æqualis numerus prodire debet, ut in nostro Casu prodit 8X8.

Subtractio.

Subtractio est minoris numeri à majori ablatio.

Percepit aliquis	- -	38204. *flor.*
Expendit	- - - -	9163.
Manere debent	- -	29041.
		38204

Collocato minori numero sub majori, ductaque linea subtrahe, incipiendo à dextra, unitates ab unitatibus, decades à decadibus, &c. Si quis numerus inferior, à superiori subduci non potest, quia illo major est, intelligatur addita numero ipsi superiori decas, factâque substractione ponatur residuum, infra lineam, sed deinde numerus superior, qui sequitur unitate minuitur, v. (idem enim est) subsequens numerus inferior, augetur unita-

unitate. Quod si numerus inferior, sit numero superiori æqualis: ponitur infra lineam cyphra o; v. si id contingat in fine operationis, linea. — Unde in nostro exemplo sic procedendum: Aufer 3, ex 4, manet 1, scribe itaque infra lineam 1, jam quia 6, subduci non potest ex o, intellige addi 1, ipsi cyphræ fiet 10. ex 10. aufer 6, manent 4, scribenda infra lineam, At quoniam subsequens numerus superior 2, minuitur 1, v. inferior 1, unitate augetur, proinde 2, ex 2, subduci nequit, quare cyphra o, infra lineam scribenda. Pariter 9, ex 8, ut subduci possit, ipsum 8, a subsequente numero 3, decade augeri intelligendum est, fiet itaque 18, auferendo proinde 9, ex 18, manet 9, scribendũ infra lineã. Jam verò numerus sequens 3, quoniam unitate minuitur, 2 tantum valet, a quo cum nihil subducendum remaneat, scribendum erit infra lineam ipsum 2, Prodit itaq; residuũ 29041.

Examen Subtractionis fit per additionem

Expensi - - -	9163
Cum Residuo - - - -	29041

Si erratũ non est prodibit perceptũ 38204

Multiplicatio.

Multipli: est Unius numeri per alium augmentatio.

	A.	B.	C.
Multiplicand:	724	4960	57640
Multiplicat: - -	3	m4 ✠ 3r 40 n3 3t	m1 ✠ 4r 534 n4 4t
Productum	2172	198400	230560 272920 188200

m 4 ✠ 3 r
n 3 ✠ 3 t

Productum - - 2087060

Si multiplicator unica figura conſtet ut in exemplo A. ducatur ſigillatim in omnes multiplicandi figuras procedendo à dextra verſus ſiniſtram, quodſi productum aliquod conſtet duobus numeris, poſterior intra lineam ſub multiplicatore ſcribitur, prior ſervatur ſequenti producto addendus. Si multiplicator pluribus conſtet figuris, tunc ſingulæ ſeorſim ducantur in ſingulas numeri multiplicandi figuras, ſed producta ita infra lineam ſcribantur ut productum ſecundæ figuræ ponatur ſub ipſa ſecunda, productum tertiæ ſub tertia figura, & ſic deinceps ut in exemplo C. Ducta linea ſingula producta particularia in unam ſummam colligantur ut habeatur integrum productum quæſitum ut in eodem exemplo patet.

Sic in exemplo A. 4, ter ſumptum facit 12, ſcribe infra lineam 2, & mente retine 1, ſequenti producto addendum, deinde 2. ter ſumptum facit 6, quod cum 1, ex præcedenti producto retento, facit 7, ſcribe itaque 7, ſub linea. Demum duc 3, in 7, Prodit 21, ergo integrum 21, ſcribe infra lineam, ſic productum habebis, 2172. Similiter & cum ſecundo exemplo B. procedendum, ubi præterea obſervandum quod cyphra ſine ulla operatione ſtatim ponitur in producto deinde continuatur multiplicatio ſequentium numerorum, ſic & cum tertio faciendum.

Examen Multiplicationis fieri poteſt, per abjectionem novenarii aut ſeptenarii. Nam imò abijcitur 9, v. 7, ex numero multiplicando, & reſiduum ponitur in angulo Crucis m adò rejicitur

9. v.

9, v. 7, ex Multiplcatore cujus residuum ponitur in angulo Crucis n. 3tio multiplicātur inter se numeri positi ad m & n, et ex eorum producto abjicitur 9, v. 7, residuumque ponitur in angulo r, 4to reiicitur 9, v. 7, ex producto Multiplicationis, si residuum, priori residuo æquale prodit, res bene processit. Fit etiam examen per divisionem sed prius intelligendum quid sit.

Divisio.

Divisio est summæ unius in plura partitio.

Si scire velis quantum redditûs annui 12630. *flor.* pro quoque mense importent, per menses 12, summam hanc dividere debes.

Divisor	Dividendus	Quotus
A 12	B 12,6,30	C 1052
	12	6
	63	12
	60	
	30	
	24	
	6	

10. Accipe tot figuras ex dividendo, incipiendo à sinistra quod per divisorem dividi possunt, easque secerne puncto, erit primum divisionis membrum, ut in nostro exmplo 12, 2do vide quoties divisor contineatur in primo divisionis membro, qui cum in nostro Casu contineatur semel pone, proinde 1 in quoto C. 3tio per quotum C mul-

tiplica totum diviſorem, & productum ſubſcribe ipſi primo diviſionis membro, a quo illud ſubtrahe, ſed cum in noſtro caſu per 1, multiplicari diviſor non poſſit, nec 12, a 12. ſubtrahi, pro ſequere operationem ulterius & vide quoties diviſor in proxima nota contineatur, & quoniam 12, in 6, contineri nequit ſcribe in quoto o cyphram ac deinde ipſi numero 6 adjunge ſequentem dividendi notam 3, tum vide quoties diviſor 12, in 63, contineatur, & reperies contineri quinquies ſcribe igitur in quoto 5, multiplica diviſorem 12, per quotum 5. prodibunt 60, quæ ſubſcribe ipſi 63. ab eoque ſubtrahe, remanent 3, iunge demum ad 3, ſequentem & ultimam dividendi notam o, & vide quoties 12, contineatur in 30, dic contineri bis, ſcribe ergo 2, in quoto & multiplica per duo diviſorem, & habebis productum 24, quod ſubtrahendo a 30, manent 6, hoc eſt fractio $\frac{6}{12}$

Examen fit per mulliplicationẽ nam multiplicando quotum C per diviſorem A, reſtituitur dividendus B, modo illi addatur, ſi quid ex diviſione remanſit ut in noſtro caſu 6.

De Uſu earundem regularum in numeris diverſæ ſpeciei.

Exemplum Additionis Compoſitæ fit de vulgari moneta Polonica quam componunt floreni, groſſi

grossi, solidi, hoc est solidi 3, grossum 1, grossi 30 florenum 1,

	flor:	*gros:*	*sol:*
Expendit quispiam	203	12	2
	132	8	1
	28	22	2
	10		1
	1		1
Summa Expensi	375	7	1

Disponantur species similes sub similibus, ac primo quidem loco dextrorsus, species minimæ, tum majores, ut in hoc exemplo collocentur 1*mo* solidi 2*do* asses 3*tio* floreni. Tum addendo solidos, fiunt 7 quibus continentur grossi 2, & remanet solidus, 1, quem scribo infra lineam, sub solidis, grossos vero duos adjungo grossis in secunda columna, erit summa secundæ columnæ cum 2, grossis eidem adjunctis, grossorum 37, cum vero ex grossis 30, componatur florenus 1, fiet itaque ex grossis 37, florenus 1, & manebunt grossi 7, scribe itaque grossos 7, sub columna grossorum, & florenum 1, adde sequenti columnæ florenorum prodibit summa florenorum 375.

Examen fit, si ducta linea sub ordine A, reliquos ordines præter solum A, rursus modo explicato addas, habebis aggregatum C, si ergo huic aggregato C addas ordinem A habebis aggregatum D, æquale summæ B. alias fuit erratum, Additio simplex sic quoque examinari potest.

	flor:	gros:	sol:
A	203	12	2
	232	1	1
	28	22	2
	10		1
	1		1
B	375	7	1
C	175	23	5
D	375	7	1

Exemplum Subtractionis compositæ

	flor:	gros:	sol:
Percepit aliquis	265	18	1
Expēdit	99	5	2
Manere debent	166	12	2

Disponantur species similes sub similibus, quoties inferior numerus à superiori subdici nequit. utpote illo major toties numero superiori numerus vero addatur unum integrum sequentis speciei, unde illud integrum sumitur, unitate minuitur. Sic ergo in dato exemplo procedendum, Quoniam 2, solidi ab uno subtrahi non possunt sume unum integrum è proxima columna hoc est grossum 1, sic habebis 4, solidos ex quibus subducendo 2, manent 2, scribe 2, infra lineam sub columna solidorum. Subtrahe deinde grossos ex 17, nam ab 18, jam unitas ablata est manent 12, Tum continua ulterius subtractionem ut in subtractione dictum est, habebis ergo residuum 166 12 2

Eaa-

Examen fit addendo residuũ numero minori nam facta additione ut dictum est, ubi de additione Composita, restituitur major numerus, si erratum non est.

Exemplum Multiplicationis Compositæ

Primo reducantur omnes species ad minimam, ut si multiplicandi sint floreni, grossi, solidi, reducantur omnes ad solidos, deinde summa illa infimæ speciei, multiplicetur, ut dictum est de multiplicatione, productum vero reducitur ad majorem speciem per divisionem. *vg.* Expendit aliquis singulis diebus florenos 5. grossos 15. sol: 2, si scire velis quantum toto anno seu diebus 365 expendat, sic operare. Cum grossi 30 florenum 1, solidi vero 3 grossum 1, componant, imprimis florenos 5, reduc ad grossos, multiplicando 5, per 30, additisq; grossis 15, habebis summã grossorum 165, hanc reduc in solidos multiplicando per 3, additis quoq; solidis 2, emerget summa solidorum 497, itaque ultimã hanc solidorũ speciẽ, multiplica per annũ, hoc est, dies 365, habebis productum 181405. Porro ut solidi isti ad grossos reducãtur, redivide illos per 3, prodibũt grossi 60468, & 3 hoc est solidus 1, reduc deinde grossos ad florenos dividendo 60468, per 30, prodibunt floreni 2015, & $\frac{18}{30}$ hoc est groff. 18.

	flor.	*grof:*	*fol.*
Multiplicandus	5	15	2
Multiplicator			365
Productum	2015	18	1

Examen fit per divisio[illegible]

Exemplum Divisionis Compositæ.

vg. 5. Milites acceperunt in prædam 13486 Imperiales Cusos, 6, flor: 24 gr: 2 sol: quæritur quot quilibet habebit?

Primò divide cum 5 summam imperialium, & habebis pro quoto 2697 imperial: pro uno, & remanebit adhuc 1 imper: quem multiplicabis cum 8, & adde fl: 6, exibit 14, quem divide cum 5 & habebis pro quoto 2 fl: remanebunt 4, quem multiplicabis cum 30, addendo gr: 24. & exibit 144. divide cum 5 & habebis pro quoto 28 gr: remanebũtque tibi 4 quem multiplicabis per 3. additis 2. solidis facit 14, hunc divide per 5. & habebis 2 $\frac{4}{5}$ solidi unus ergo miles accipiet 2697 Imper. 2 fl: 28 gr: 2 $\frac{4}{5}$ solid:

Imperiales
Milites 5 | 13486 | 2697 *flor:* *gr:* *sol.*
10 6. 24. 2.
34
30
48
45
36
35
remanet 1 imper:
8
5 | 14 | 2 flor:
10
remanent 4 flor:
30
5 | 144 | 28 gr.
10
44
40
remanent 4 gr:
3 4
5 | 14 | 2 $\frac{4}{5}$ solid:
10
4

De

De fractis numeris.

Numerus fractus, qui & *fractio*, vel *minutia* dicitur, est pars, seu partes alicujus numeri integri in plures æquales partes divisi. Ut si totum aliquid dividatur in tres partes æquales, & ex illis quispiam duas partes obtineat, dicetur habere duas tertias partes, scilicet $\frac{2}{3}$, quæ fractionem efficiunt

Itaque ad numeros fractos exprimendos duo numeri requiruntur, alter qui scribitur supra lineam, & dicitur *Numerator*, quia numerat partes, quæ de illo toto diviso habentur: alter qui scribitur infra lineã, & dicitur *Denominator*, seu *Nominator*, quia nominat in quales partes illud totum fuerit divisũ, nempe 3tias, 4tas, 9nas &c. videlicet.

$\frac{1}{2}$, $\frac{1}{3}$, $\frac{2}{7}$, $\frac{4}{9}$, $\frac{11}{20}$ &c.

Quæ fractiones sic pronuntiatur, *una dimidia, una tertia, duæ septimæ, quatuor nonæ, undecim vigesimæ &c.* intelligitur pars, seu partes.

Si numerator æqualis sit denominatori minutia æqualis est uni ĩtegro. Sic $\frac{3}{3}$ æquivalent uni integro in tres partes æquales diviso. Adsunt enim omnes partes illius integri, adeoque $\frac{3}{3}$ sunt 1. Item $\frac{5}{5}$, $\frac{6}{6}$, $\frac{8}{8}$ &c significant 1. Hinc patet unitatẽ esse illud totum divisum in partes tertias, quintas, sextas &c.

Si numerator fuerit denominatore major, tunc minutia erit plus quã unum integrum. Sic $\frac{4}{3}$ plus sunt quam unum integrum in tres partes divisum, sed important 1, & insuper $\frac{1}{3}$ Similiter $\frac{16}{5}$ significant tria integra, & adhuc $\frac{1}{5}$

Regula Detri.

Regula Detri, ſeu *Trium*, aliter *aurea* vel *proportionis*, eſt modus inveniendi; ex tribus numeris cognitis, quartum incognitum ex quibus *primus tertio*, *ſecundus quarto*, qui quæritur, debet proportionari. *vg.* Una *ulna* panni; quem ego emo conſtat *flor:* 14. Volo ſcire quot florenis conſtabunt ulnæ 26? Qua in re: ſic procedendum eſt. Numerus ille, de quo eſt quæſtio, ſicut in hoc exemplo *ulna*, poni debet *tertio loco*. 2*do* Jlle numerus, qui in ſpecie eandem rem ſignificat, quam & ille tertio loco poſitus, *loco primo* poni debet, & talis numerus in hoc exemplo eſt *ulna* 1. 3*tio* Reliquus qui ſupereſt ut hic *flor:* 14. in medio ipſo collocandus, ut inferius eſt videre:

Vlna.	*flore*	*Vlna.*
1.	14.	26?
	26.	
	84	
	28.	

facit -- 364. *Proba.* 4X4
8

Sic diſpoſito numero numerum hic medio loco poſitum, qui eſt. 14. multiplico per illum, qui eſt tertio loco poſitus ſcilicet 26. vel *econtra* 26. per 14. qui ſic multiplicatus producet ſummam 364. *florenorum* quam ego pro *ulnis* 26. panni; quarum una conſtabat flor: 14., debeo exſolvere.

Pro-

Probatio in hoc & simili Exemplo fit ut in *Multiplicatione*: ejiciendo singulatim ex *medio* ex *ultimo* & *producto* numero, per. 9.

Exemplum Secundum.

Emi 4. *florenis* 12. *libras* quarundam mercium, quærò, quot libras emere potero *flor:* 20? juxta anteriùs dicta dispono numeros sic:

flor:		*libræ.*		*flor:*
4	- -	12.	- -	20.

20.

4. | 24,0 | 60. *Libr- possum emere.*
| 24. |

Atque operor eo modo; quo superius; sed præterea per numerum 1*mo loco* positum nempe 4, productam ex *Multiplicatione* summam di. vido, quæ divisa, a latere ponet 60. scilicet 60. libras *florenis* 20 si 12. *flor:* 4. libras emere potui.

Probatio Divisum 60. multiplicando per *Divisorem* 4. ut rursus prodeat summa 240. *flor:*

Exemplum Tertium.

Priori simile: Emit aliquis 18. *Libras* quarundam mercium, *flor:* 15. quærit, quantum pro Libris earundem mercium 24. solvere debeat? debet solvere 20. *flor:* tali modo operando & probando ut superius, *vg.*

Libr:		*flor:*		*libr.*
18.	- -	15.	- -	24.

24.

60.
30.

18 | 36,0 | 20. *flor: debet solvere.*
| 36 |

Exem-

Exemplum Quartum.

100. *Floreni*, dant annuæ Provisionis 6. *flor:* Interrogo: quot dabit 2652. summa capitalis? 259. *flor:* Operor sic:

flor:	*pro cento.*	*flor.*
100.	6.	2652.
		6.

10|0|15,9,1,2|159 *dabit flor:*
10

5,9.
50.
5,1,
90.
(12.)

Collocatis collocandis inter se numeris, numerum *loco tertio* positum, multiplico per *medium*, & productam per illum summam divido per 1*mum*, qui quia ponit a latere 159. signum est, quod summa illa Capitalis tot afferet annuæ provisionis, pro cento computando.

Turtur, is, *synogarlica.*
Tuſſis, *kaſzel.*
Tutus, *beſpieczny.*
Tuus, *twoy.*
Tyrannis, *tyraństwo.*
Tyras, æ, *Dnieſtr.*

V. V.

Vacat, *wolny czas, łatwo.*
Vaco, *bawię się czym.*
Vacuus, *prożny, y czczy.*
Vado, *idę.*
Vador, aris, *biorę rękoymię.*
Vagor, *przechodzę się, bułaię ſie.*

Vagus, *bultay, błąkaiący się.*
Valachia, *Wołoska ziemia.*
Valedico, *żegnam się.*
Valeo, *zdrowem, ważę.*
Valetudo, *zdrowie.*
Vallum, *wał.*
Valor, *cena.*
Valvæ, *drzwi.*
Vanitas *prożność, niestatek.*
Vannus, *opałka.*
Vapulo, *biią mnie.*
Varius, *rozmaity, pstry.*
Varix, *żyła ociekła.*
Vas, vadis, *rękoymia.*
Vas, vasis, *statek.*
Vasto, *pustoszę.*
Vastus, *szeroki wielki.*
Vates, *Prorok.*
Vaticinor, *prorokuię.*
Vber, *żyzny, pewny, obfity.*
Vber, *piersi.*
Vbertas, *żyzność.*
Vbi, *gdzie, skoro, gdy.*
Vdo, *kapaie.* Vdus, *mokry.*
Vel, *albo*, abo.
Vecors, *głupi, szalony.*
Vectigal, *dochod, cło.*
Vectis, *dręg. powerek.*
Vecto, as, *wożę.*
Vector, *furman.*
Vectura, *fura, wożba.*
Vegetus, *obrotny, czerstwy.*
Vehemens, *popędliwy.*
Vehementer, *bardzo.*
Veho, *wożę.*
Veles, itis, *Kozak.*
Velitor, *uganiam się.*
Vellico, as, *szczypię, obmawiā*
Vello, *rwę, skubię.*
Vellus, *runo, wełna.*
Velo, as, *zastaniam, zakrywā*
Velox, *prędki.*
Velum, *zasłona.*
Vendo, *przedaię.*
Venefica, *czarownica.*
Veneficus, *czarownik.*
Veneno, as, *trucizną napu-
szczam.*
Venenum, *iad, trucizna.*
Veneo, *przedaią mię.*
Venerabilis, *uczciwy.*
Veneror, *czczę, chwalę.*
Venio, *przychodzę, przy-
ieżdżam.*
Venor, *łowię, chwytam.*
Venter, *brzuch, żywot.*
Ventus, *wiatr.*
Venundo, *przedaię.*
Venus, *ozdoba cielesność.*
Ver, *Wiosna.*
Vereor, *obawiam sie.*
Vergo, *nachylam sie.*
Veritas, *prawda.*
Vermis, *robak.*
Vernaculus, *swoyski domowy.*
Vero, *zaś, a.*
Verro, *umiatam.*
Vertex, *wierzch.*
Verto, *obracam, odmieniam.*
Veru, *rożen.* Vervex, *skop.*
Verum, *ale, lecz.*
Verū, enim verò, *ále iednak.*
Verumtamen, *iednakże.*
Verus, *prawdziwy.*
Vescor, *pożywam, iem.*

Vespere, wieczor, wieczorny.
Vesperæ, Nieszpor.
Vespertilio, nietoperz.
Vespillo, grubarz.
Vester, wasz.
Vestigium, ślad, stopa.
Vestio, odziewam, oblekę.
Vestis, odzienie, szata.
Vestras, waszyniec.
Veto, zakazuię, zabraniam.
Vetus, dawny, stary.
Vexamen, nagabanie.
Vexillum, chorągiew, znák.
Vexo, nágabam, drażnię.
Via, droga, sposob.
Vibex, dega, uderzenie.
Vices, kolcy, przemiany.
Vicinus, sąsiad, bliski.
Vicissitudo, odmiána.
Victoria, zwycięstwo.
Victus, zwyciężony.
Video, widzę, rozumiem.
Videor, zda mi się.
Viduo, odeymuię, ogołacam.
Vieo, plotę, mowię.
Vigeo, mocnieię. slynę.
Vigil, straż. & czuyny.
Viginti, dwádzieścia.
Vili, tanie.
Vincio, wiążę, pobiiam.
Vinco, zwyciężam, wygrawam.
Vinculum, związek, wezeł.
Vindex, msciciel, pokumiciel
Vindico, -as, mszczę się.
Vindicta, karanie, pomsta.
Violentia, gwałt. pęd.
Vir, Mąż. (stępię.
Violo, gwałcę, łamię, prze-
Virgo, Pánna. Virtus, cnota
Virus, iad. Vis, moc, gwałt.
Viscus, lep, wnętrze.
Visito, nawiedzam.
Viso, doglądam. náwiedzam
Vistula, wisła.
Vita, żywot.
Vitium, wada grzech.
Vito, strzegę się, ucbodzę.
Vitulina, cielęcina.
Vitupero, gánię.
Vivarium, zwierzeniec.
Vividus, czerstwy, żywy.
Vivo, żyię. Vivus, żywy.
Ulciscor, mszczę się.
Ulcus, wrzod.
Ullus, kto. Ulna, łokieć.
Ultimus, ostatni. Ultio, pomsta
Ultra, nad, daley.
Ululo, wyię, narzekam.
Umbo, puklerz, wydatność.
Umbra, cień obłuda.
Umbratilis, niesławny.
Unanimis, & us, zgodny. iednomyślny.
Unde, z kąd.
Undeviginti, dziewiętnaście
Undique, zewsząd.
Unedo, arbor, niesplik.
Ungo, namazuię.
Unguis paznogieć.
Unio, ziednoczenie, perła.
Unus, ieden, sam.
Unusquisque, káżdy.
Vocalis, brzmiący.

Vocabulum, *słowko.*
Vocifero, & or, *wrzeszczę.*
Voco, *nazywam, wołam.*
Volo, as, *latám, lecę.*
Volo, *chcę, życzę, prágnę.*
Volucer, & cris, *prędki, lotny*
Volvo, *taczam.*
Volvox, *gąsienica.*
Vomer, *radło, lemiesz.*
Vomo, *womitmam.*
Vorago, *przepaść, topiel.*
Voro, *żre.* Vortex, *wir.*
Voveo, *ślubuię, obiecuię, życzę.*
Vox, *głoś, słowo.*
Urbanus, *obyczayny.*
Urbs, *Miasto.*
Urgeo, *dokuczam, násiepuię.*
Uro, *pálę, trapię.*
Ursa, *niedzwiedzica.*
Ursus, *niedzwiedź.*
Usque, *aż poty.*
Usuvenit, *trafia się, bywa często.*
Ut, *aby, żeby, iako, skoro.*
Uter, *żywot, kubek, ieden ze dwu.*
Uterque, *oba.*
Utinam, *day Boże.*
Utor, *używam.*
Utrinque, *z obu stron.*
Vulgus, *pospolstwo.*
Vulnero, *ranię.*
Vulnus, *rána szczerbina.*
Vulpes, *Lis, chytry.*
Vultur, *sęp.*
Vultus, *twarz.* Uxor, *żona.*
Xenium, *podatek.*
Zelus, *gorliwość.*
Zizania, æ, & um, *kąkol.*

SENTENTIÆ SELECTIORES

A. A.

AB Jove primus honor. *Stat. lib. 5. Thebaid.*
Ab Iove surgat opus. *Ovid. 5. Fast.*
A bove majóri, discit arare minor.
A cane non magno sæpe tenetur aper. *Ovid.*
Accidit in puncto, quod non contingit in anno.
Perditur in puncto, quod non teparatur in anno.

Acci-

piat Patris exemplum, tribuatque nepoti.
lius. *Claud. in Manlii Consulatum.*
sans debet esse melior accusato. *Arist.* 2. *Polit.*
parum modico, modico superadde pusillum.
mpore sic parvo magnus acervus erit. *Hesiod.*
dit invalidæ robur facundia causæ. *Luc.* 7.
oneri bonus gaudet, pessimus quisque correptionem
erimè patitur. *Seneca lib.* 3. *de Ira.*
œnitendum properat, citò qui judicat. *P. Syr.*
nulus est nostri maxime causa mali. *Rem.*
quam memento rebus in arduis.
vare mentem. *Horat.* 2. *Od.* 3.
animo pœnam, qui meruere, ferant. *Ov. Am.* 3.
ligustra cadunt, vaccinia nigra leguntur. *Virg. Eccl.* 2.
iunt somnos, tempus, motusque, merùmque. *Fast.*
n silere quod voles, primus sile. *Sen. Hipp.*
ius dictum, aut factum, ne carpseris, unquam.
mplo simili ne te derideat alter. *Cant.* 3. *Mur.*
ius non sit, qui suus esse potest.
rixatur de lana sæpe caprina. *Horat.* 1. *Ep.*
os res opimæ parant, adversæ probant. *P. Syr.*
us certus, in re incerta cernitur. *Ennius.*
i sunt, qui absentes æquè ac præsentes amant. *Arist.*
o dat gloria vires; Et fecunda facit pectora laudis
(Amor, *Ovid.* 5. *Tr.*
o dolenti nihil oportet credere. *Pub Syrus.*
us æquus, optimum est ærumnæ condimentum.
ferunt magnam tempora rebus opem. *Mant.*
us curandus potiùs, quâm corpus. *Epictetus.*
ium neque tu scrutaberis ullius unquam. *Hor.*
rii nostri non est, quod quisque loquatur.
n intensio frangit, animum remissio. *Pub.*
a per præceps gloria vadit iter? *Ovid.* 5. *Tr.* 3.
a prima via est. *Ovid.* 2. *Metam.*
a res hæc est opibus non tradere mores. *Mat.*
a solicitis victoria quæritur armis. 14. *Met.*
rima regni est, posse te invidiam pati.
as ingenuis quæsita est gloria multis. 2. *P.* 7.

Arti-

Artibus innumeris mens oppugnatur amantum. *Ovid.*
Artus ne sperne seniles. *Claud. lib.* 1. *in Rus.*
A senibus nomen mite senatus habet. *Ovid.*
Assiduus, longusqué labor dura omnia vincit. *Ovid.*
Asperius nihil est humili, cum surgit in altum.
A teneris, impende laborem. *Virg.* 3. *Georg.*
Aspera postremis sunt adhibenda malis. *Mart.*
Attenuant vigiles corpus miserabile curæ. *Pers:* 5.
At te nocturnis juvat impallescere libris. *Pers.* 5.
Audax nimium qui freta primus rate tam fragili perfidi rupit. *Sen. Met.*
Audendum est: fortes adjuvat ipse Deus. *Tib.* 1. *el.* 2.
Audentes Deus ipse juvat. *Ovid.* 10. *Met.*
Audaces Fortuna juvat. *Virgil. Æneid.* 6.
Aurea non satis est Lydia terra Midæ. *Auson.*
Aurea rumpunt tecta quietem, vigilesque trahit purpura noctes. *Sen. Her. Octav.*
Auro nulla fides, auro venalia Iura. *Pers.*
Aurum lex sequitur, mox sine lege pudor, *Propr. l.* 3.
Aurum omnes victa jam pietate colunt. *Prop. l.* 7.
Aurum omnes cupiunt & amant, placet omnibus aurū. *Iuv.*
Aurum per medios ire satellites. Et perrumpere amat saxa, potentiùs ictu fulmineo. *Hor.* 3. *Car.* 16.
Auscultare disce, si nescis loqui. *Pomponinus.*
Aut amat, aut odit mulier, nihil est tertium. *P. Syr.*

B. B.

BEatus ille, qui procul negotiis. *Hor.* 2. *Epod.*
Bella gerant alii tu felix Austria nube.
Nam quæ Mars aliis, dat tibi regna venus.
Bella vel insidiis, vel Marte geruntur aperto. *Men.*
Bella civilia, nimia felicitas parat. *Cicero.*
Bene paupertas humili tecto contenta latet. *Senec.*
Bis est gratum, quod opus est, ultro si offeras. *Id.*
Bene compositus animus, etiā inter adversa felix est. *Florus*
Bis vincit, qui se vincit in victoria. *Pub. Syrus.*
Blanda Patrum senes facit indulgentia natos. *Neo.*
Bonæ indoles ubi fructus non possunt, spem fructus edunt. *Barclajus.*

Bona opinio hominis tutior pecuniâ est. *Pub. Syrus.*
Bonarum rerum nimia consuetudo, pessima est. *Id.*
Bonus animus in mala re, dimidium est mali. *Idem.*
Brevis esse laborans, obscurus fio. *Horatius de Arte.*
Brevis est magni fortunæ favoris. *Silius, lib.* 4.
Brevis est occasio lucri. *Mart. lib.* 8. *Ep.* 9.

C. C.

CÆtera committo Superis: qui, quando putantur omnia Jam prorsus perdita, sæpe juvant. *Horat.*
Calamitas, virtutis occasio est. *Seneca l. de Div. Prov.*
Candida Pax homines, trux decet ira feras. 3. *Art.*
Candor in hoc ævo res intermortua pene est. 2. *Pont.*
Caret eventu nimius furor: improba nunquam spes læta diu. *Claud. de bello Ger.*
Carmina laudantur, sed munera magna petuntur.
Carmina quam tribuunt, fama perennis erit. *Ovid.*
Carmine fit vivax, expersque sepulchri, 4. *Pont.*
Carmen amat, quisquis carmine digna gerit. *Claud.*
Carmina proveniunt animo deducta sereno. 1. *Tri.*
Carmina secessum scribentis, & otia quærunt. 1. *Tri.*
Casta Deus mens est casta vult mente vocari. *Aus.*
Caseus & panis sunt optima fercula sanis. *Saler.*
Casus ubique valet, semper tibi pendeat hamus, quo minimè reris, gurgite, piscis erit. 3. *de art.*
Cave, quos natura notavit. *Mart.*
Causa jubet melior Superos sperare secundos. *Lu.*
Cedamus Phœbo, & moniti meliora sequamur. *Virg.*
Cedamus, leve fit, quod bene fertur onus. 1. *Am.*
Cede repugnanti, cedendo victor abibis. 2. *de Art.*
Cernis, ut ignavum corrumpunt otia corpus, & vitium capiunt, ni moveantur aquæ, 1. *Pont.*
Certa amittimus, dum incerta petimus. *Plaut Psau.*
Certandum est, nulli veniunt sine Marte triumphi.
Civitatis custodes sunt, religiosi. *Plato Tom.* 2. *de Reg.*
Clara dies Pauli bona tempora denotat anni, si fuerint venti designant prælia genti, Si nix, aut nebulæ, pereunt animalia quæque.

Ce-

Cœlum si cernes, facilè hæc mortalia spernes.
Cœlo tegitur, qui non habet urnam. *Luc. l.* 17.
Cœlum, non animum mutant, qui trans mare currunt.
Collige vere rosas fugitivæ symbola vitæ: Et memor esto, ævum sic properare tuum. *Aus.*
Commoditas omnis sua fert incommoda secum. *Mant.*
Communis cunctis viventibus aura. *Prud. Symm.*
Conare: audentès Numen,& astra juvant. *Pacuv.*
Consilium nobis resqué, locusqué dabunt. 1. *Am.*
Consuetudo potest quoscunque inducere mores.
Corrumpunt etiam Sanctos commercia prava.
Consule, castiga, solare, remitte, fer, ora. *Opera misér.*
Conscia mens recti, famæ mendacia ridet. 6. *Fast.*
Conscientia multa nihil pluris est, quàm hominum sermo. *Cicero.*
Conscientia mala sæpe tuta est, secura nunquam. *Seneca Ep.* 27.
Conscius ipse sibi, de se putat omnia dici. *Cant.* 1. *M.*
Contra quis poterit, arma movere, Deos?
Contra potentem bella qui movet, cadit.
Consilium præceps sequitur plerumque ruina. *Verin.*
Conveniet nulli, qui secum dissidet ipse. *Ca.* 1. *de mor.*
Conveniunt rebus nomina sæpe suis.
Corpora magnanimo satis est prostrâsse leoni.
Corporis exigui vires contemnere noli. *Cant.* 2. *M.*
Corrige præteritum, rege præsens, cerne futurum.
Corrumpunt otia mentem. *Verinus.*
Crabrones abeunt; recidunt in retia muscæ. *Aus.*
Cras ingens iterabimus æquor. *Hora* 1. *car.* 7.
Crede mihi quem nunc horrescis, amabis. *Clau.*
Crescentem, sequitur cura pecuniam, Majorumqué fames.
Crescit vita hominis, & longo proficit usu. *Pro.*
Cuivis dolori remedium est patientia. *Pub. Syr.*
Cum feriunt unum, non unum fulmina terrent. 3. *P.*
Cum fæx cùm limus cum terra levissima simus, Unde superbimus? nescimus, quando perimus. *Publ.*
Cum quo consenuit miles, honoret equum. *Cor. Gal.*
Cùm rectè vivas, ne cures verba malorum. *Cato.*

Cùm sis mortalis, quæ sunt mortalia cura. 1. *Fast.*
Cum possideant plura, plura petunt. *Ov.* 1. *Fast.*
Cùm tumulum cernis, cur non mortalia spernis?
Tali namque domo clauditur omnis homo.
Cuncta trahit secum, vertitque volubile tempus.
Cunctis sua displicet ætas. *Aus.*
Cum fugit multo, diluiturque mero. *Ov.* 1. *de art.*
Curia pauperibus clausa est, dat census honores.
Census amicitias, pauper ubique jacet. *Ov.* 3. *am.*
Curios simulant, & Bacchanalia vivunt. *Juv.* 2. *Sat.*

D. D.

DÆmon languebat; monachus tunc esse volebat.
Ast ubi convaluit, mansit, ut antè fuit.
Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum, Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.
Dant gaudia vires. *Statius* 1. *Achil.*
Dat bene, dat multum, qui dat cum munere vultum.
Dat cuicunque libet, Fortuna, rapitque vicissim.
Irus & est subitò qui modo Crœsus erat. *Ov.* 3. *P.*
Dat veniam corvis, vexat censura columbas. *Juv.*
Debuit hoc saltem non licuisse tibi. *Mart.* *l.* 8.
Decipit incautas fistula dulcis aves. *Ovid.*
Decipiuntur aves per cantus sæpe suaves.
Dediscit animus serò, quòd didicit diu. *Sen. Troad.*
Deliberandum est diu, quod statuendum est semel.
Delicias habet omne suas, & gaudia tempus. *Idem.*
De male quæsitis non gaudet tertius hæres.
Depulsâ surget nube serena dies. *Ovid.*
Desine magna loqui: frangit Deus omne superbum.
Desine plura loqui: sed quod nunc instet, agamus.
De te alii narrent; proprio sordescit in ore gloria; si taceas, plus tibi laudis erit. *Verinus.*
Deus nobis hæc otia fecit. *Virg.* 1. *Ecl.*
Differ: habent parvæ commoda magna moræ. *Pont.*
Difficile est abscondere pectoris æstus, conditur & clauso sæpius ore furor. *Cor. Ga*
Difficile est tristi fingere mente jocum. *Ov. Tr.* *l.* 2.

Dil-

Diligentia maximum etiam mediocris ingenij est subsidium. *Seneca.*

Dis aliter visum. est. *Virg.* 2. *Æn.*

Di precor, à nobis omen removete sinistrum. *Ov.*

Diligitur nemo, nisi cùm fortuna secunda est. Quæ simul intonuit, proxima quæque fugat. 2. *P.*

Dimidium facti, qui bene cœpit, habet. *Hor.* 1. *Ep.* 2.

Diruit, ædificat, miscet quadrata rotundis. *Horat.*

Disce puer virtutem ex me, verumque laborem, Fortunam ex aliis. *Virgil.* 12. *Æneid.*

Disce, quod ignoras. *Mar. lib.* 2. *Epig.* 78.

Discere necesses curâ sapientia crescit. *Cat.* 4. *Mo.*

Discere turpe non est, quod scire honestum est. *Cic.*

Discite venturam jam nunc sentire senectam. *Pr. l.* 4.

Dira fames auri, culpæ Regina parensque. 6. *Æn.*

Diu apparandum est bellum, ut vincas celeriùs. *Pub.*

Diversos diversa juvant, non omnibus annis omnia conveniunt; res priùs apta nocet.

Divitiis alitur luxuriosus amor. *Ovid.*

Diuturna quies vitiis alimenta ministrat. *Cato.*

Documenta damus, quâ simus origine nati. 1. *Met.*

Dolor hic tibi proderit olim; Sæpe tulit lassis succus amarus opem. *Ov.* 3. *A.*

Donec eris felix, multos numerabis amicos, tempora si fuerint nubila, solus eris. *Ov.* 1. *T.* 8.

Ducunt volentem Fata, nolentem trahunt. *Sen.*

Dulce, & decorum est pro Patria mori. *Hor.* 3. *Od.* Vivere pro Patria dulcius esse reor. *Neoter.*

Dulce mori, sed mors miseris optata recedit, nec mora humano, subjacet imperio. *Cor. Ca.*

Dulcia non meruit, qui non gustavit amara.

Dulce sopor fessis. *Ovid.*

Ducis in consilio, posita virtus militum. *Pub. Syr.*

Dum canis os rodit, socium quem diligit, odit.

Dum fueris Romæ, Romano vivito more.

Dum fueris alibi, vivito sicut ibi.

Difficiles aditus impetus omnis habet. *Ovid.*

Dum licet, in rebus jucundis vive beatus. *Hor.*

Dum ſonat hora cave, nè taceatur. *Ave.*
Dum privatæ utilitati conſulitur, commodum univerſorum perditur. *Dion. l. 6.*
Durum iter ad laudes, gravior via ducit in altum, quò labor eſt potior, gloria major erit. *Flor. l. 2.*
Duo ſunt, quæ Iuventutem inſtruunt ac formant, delinquentium caſtigatio, & bonorum præmiatio. *Lipſius.*

E. E.

EDita de nihilo creſcunt, nihilumqué futuræ. *Prud.*
Effodiuntur opes irritamenta malorum. *Ovid.*
Efficiam poſthac, nequemquam voce laceſſes. *Eccl.*
Effigiem Chriſti cùm tranſis, ſemper honora; non tamen effigiem, ſed quem deſignat, adòra.
Egreditur quaſi flos, & velut umbra perit. *Kom. 6.*
Eheu quàm levibus pereunt ingentia cauſis? *Cl. 2.*
Eleemoſyna non tam accipientibus, quàm dantibus prodeſt. *Sen. de Mor.*
Emitur ſola virtute poteſtas. *Cl. 3. Conſ. Hon.*
Emortuæ ſunt in armis vires, quas ſubinde non animat oratio. *Petrarcha.*
Empta ſolet care, multùm medicina juvare, cumqué datur gratis, nil confert utilitatis.
Ennius ingenio maximus, arte rudis. *Ov. 2. Triſt. 1.*
Errare cujuſvis hominis eſt, nullius autem niſi inſipientis in errore perſevarare. *Cicero,*
Eripit interdum, modò dat medicina ſalutem. *Ovid.*
Eſt honeſta turpitudo, pro bona cauſa mori. *Pub. S.*
Eſt virtus licitis àbſtinuiſſe bonis. *Ov. 16. Epi.*
Et genus & formam Regina pecunia donat. *Horat.*
Et hæc olim meminiſſe juvabit. *Virg. 1. Æneid.*
Etiam innocentes mentiri cogit dolor. *Pub. Syr.*
Et mala radices altiùs arbor agit. *Ovid. 1. Rem.*
Et neglecta ſolent incendia ſumere vires. *1. Ep.*
Et pueri naſum Rhinocerontis habent. *Mart. l.*
Et quo non poſſum corpore, mente feror.
Eſtqué pati pœnam, quàm meruiſſe, minus. *Ovid.*

Est commune mori, mors nulli parcit honori: Debilis & fortis veniunt ad limina mortis
Et quamcunque viam dederit Fortuna, sequamur. *Virg.*
Et semel emissum volat irrevocabile verbum. 2. *Eccl.*
Excelsis multò faciliùs casus nocet. *Publ. Syrus.*
Excusatio non petita, accusatio manifesta. *Axion.*
Eximia est virtus, præstare silentia rebus, Ast contra gravis est culpa, tacenda loqui. 2. *Art.*
Exorant magnos carmina sæpe Deos. *Ov.* 2. *Trist.*
Expectanda dies homini est, dicique beatus ante obitum nemo supremaqué funera debet. *Ovid.* 3.
Expletur lacrymis, egeriturque dolor.
Extra fortunam est quidquid donatur amicis. Quas dederis, solas semper habebis opes. *Ep.* 43.
Extrema primo nemò tentavit loco. *Sen. Agam.*
Exsuperas morum nobilitate genus. *Ov.* 4. *Trist.*

F. F.

FAcies non omnibus una est. *Ovid.* 1. *Met.*
Facies tua computat annos. *Juve.* 6. *Sat.*
Facile est imperium in bonos. *Plat. Mil. Glor.*
Facile est ventis dare vela secundis. *Man. l.* 3.
Facilis descensus Averni, Noctes atque dies, patet atri Janua Ditis. Sed revocare gradum, superasqué evadere ad auras. Hoc opus, hic labor est.
Fac numeres nummos, & mox numerabis amicos.
Nummus emit vicos, nummus conservat amicos.
Fallere plana solent. *Mart. l.* 12. *Epig.* 14.
Fallitur augurio spes bona sæpe suo. *Ov.* 16. *Her.*
Fas est & ab hoste doceri. *Ovid.* 4. *Met.*
Fata manent omnes. *Ov. ad Livium.*
Feliciter sapit qui alieno periculo sapit. *Plant.*
Felix criminibus nulla erit diu. *Ausonius.*
Felix in terris sapiens, & in æthere felix. *Cato.*
Felix qui didicit contentus vivere parvo. *Cato.*
Felix, quem faciunt aliena pericula cautum *Ov. Trid.*
Felix qui meruit tranquillam ducere vitam, Et lætos stabili claudere fine dies. *Cor. Gal.*

Felix, qui propriis ævum transegit in agris. *Auson.*
Feriunt celsos fulmina colles. *Sen. Agamen.*
Fertilis assiduô si non renovetur aratro; Nil nisi cum spinis gramen habebit ager. *Ov. 5. T.*
Feras, non culpes, quod mutari non potest. *Pub. Syr.*
Ferreus assiduo consūmitur annulus usu. *Ovid. 1.*
Fide parùm, multùmque vide; nam fidere multùm,
Et vidisse parùm, maxima damna parit *Luc.*
Fidelissimum præcipiendi genus, exemplis docere. *Plin.*
Fient ista palam, cupient & in acta referri. *2. Sat.*
Finis coronat opus, *Ennius.*
Fistula dulce canit, volucrem cùm decipit auceps. *Cato.* 1.
Flebile principium melior fortuna sequetur. *Ovi.*
Flectere si nequo Superos, Acheronta movebo. *Oid.*
Flectitur iratus voce rogante Deus 1. *Art.*
Fleres, si scires unum tua tempora mensem, rides, cum non sit forsitan una dies.
Flosculе, manè puer, mediâ vir luce, senexque vespere; sić tota est unica, vita, dies.
Fœcundi calices, quem non fecêre disertum? *Hor.*
Forma bonum fragile est, quantùm accedit ad annos, fit minor, & spatio carpitur ipsa suo.
Forma figura, locus, tempus cum nomine, sanguis.
Patria sunt septem, quæ non habet unus & alter.
Fortuna perit, vino corrumpitur ætas. *Proper.*
Forma, viros neglecta decet. *Ovid. 1. de Art.*
Formida nimiùm sublimia semper. *Ovid. 1. 3. Tr. 4.*
Forsan & hæc olim meminisse juvabit. *1. Æn.*
Fortes in manibus fortunam gerunt. *Strado.*
Fortunæ etiam maximæ minimè fidendum. *Livius.*
Fortunæ memorem te decet esse meæ. *Ovid. 1. Tri. 1.*
Fortuna fortes metuit, ignavos premit. *Sen. Med.*
Fortuna multis dat nimis, satis nulli. *Mart. l. 12.*
Fortuna opes auferre, non animum potest. *Seneca.*
Frangit Deus omne superbum. *Prudentius.*
Fratrum quoque gratia rara est. *Ov. 1. Met.*
Frigidus, ô pueri, fugite hinc, latet anguis in herba. *Vir.*
Fugit irreparabile tempus. *Virg. 3. Geor.*

Fundamentum omnis justitiæ est Fides. *Cicero.*
Furor fit læsa sæpius patientia. *Publ. Syrus.*

G. G.

GAudet, gaudere coactus. *Lucan.*
Gaudet patientia duris. *Lucan. l.* 9.
Gaudia principium nostri sunt causa doloris. *Ovid.*
Gaudium perpetuum sola virtus præstat. *Sen. Ep.* 72.
Gloria umbra est virtutis etiam invitos comitatur. *Idem*
Gloriosùm est, prius mereri quàm habere dignitatem. *Barclai.*
Grandia per magnos tenuantur flumina rivos. *Ovid.*
Grandibus exigui sunt pisces piscibus esca. *Men.*
Grata superveniet, quæ non tardat, abest. *Ovid.*
Gratior est pulchra veniens è corpore virtus. *Virg.*
Gratiùs ex ipso fonte bibuntur aquæ. *Ov,* 3. *P.* 5.
Gravitas adjutrix & socia prudentiæ est. *Tertull.*
Gutta cavat lapidem: consummitur annulus usu. Et teritur pressâ vomer aduncus humo. *Ov.* 4. *P.*

H. H.

HÆc à te non multùm abludit imago. *Hor.* 2. *S.* 3.
Hæc domus odit, amat, punit, conservat, honorat.
Nequitiam, pacem, crimina, jura, probos.
Hæc placuit semel, hæc decies repetita placebit.
Hæreditas optima, omnique patrimonio præstantior, gloria virtutis. *Cicero.*
Haurit aquas cribro, qui discere vult sine libro.
Hectora quis nôsset, felix si Troja fuisset. *Ov.* 4. *T.* 3.
Heu patior telis vulnera facta meis! *Ov.* 2. *Her.*
Heu quàm difficile est, non crimina prodere vultu.
Hic labor extremus, longorum hæc meta laborum. *Vir.*
Hic satus ad pacem, hic campestribus utilis armis.
Naturæ sequitur semina quisque suæ. *Prop, l.* 3.
Hoc non fit verbis, Marce: ut ameris, ama. *Mart.*
Hoc scio pro certo quoties cum stercore certo, vinco seu vincor, semper ego maculor.
Hoc utinam caruissem munere semper. *Ovid.*

Homo sum, humani à me nil alienùm puto. *Ter. Hexa.*
Homo vitæ commodatus, non donatus, est. *Pub.* 5.
Honestùm, aut ipsa virtus est, aut res gesta virtute. *Cicero.*
Honoris & gloriæ campus patet omnibus. *Plin.*
Humilitas, Sapientiæ mater est. S. *Chrysost.*

I. I.

JAm proximus ardet Ucalegon. *Virg.* 2. *Æn.*
I bonè, quo virtus tua te vocat, i pede fausto, Grandia laturus meritorum præmia. *Hor.* 2. *Ep.*
I decus, nostrum melioribus utere fatis. *Virg.* 6. *Æn.*
Id facere laus est, quod decet, non quod licet. *Sen.*
Ignoscas aliis multa, nihilqué tibi. *Auson. Pers.*
Ima permutat brevis hora summis. *Sen. Thy.*
Ima tenent pacem, perflant altissima venti. *Hor.*
Immedicabile vulnus ense recidendum est, ne pars sincera trahatur. *Ovid.* 1. *Met.*
Immodicis brevis est ætas & rara senectus. *Mar.*
Impedit ira animum, possit ne cernere verum. *Cat.*
Imperare sibi, maximum Imperium. *Senec.*
Imperáturus omnibus, eligi debet ex omnibus. *Plin.*
Imperat, aut servit collecta pecunia cuique. *Hor.* 4.
Imperium, promissa, preces, confudit in unum.
Impia sub dulci melle vena latent. *Ov.* 1. *Am.*
Imprimis venerare Deos. *Virg.* 1. *Georg.*
In causa facili, cuivis licet esse disertum. Et minimæ vires frangere quassa valent. *Ovid.*
Incidit in Scillam, cupiens vitare Charibdim.
Ingenium probitas artemque modestia vincit. *Stat,*
Ingenium duo exercent, lectio & meditatio. *Hugo. Car.*
In nullum avarus, bonus, in se pessimus. *Pub. Syr.*
Inimicum quàmvis humilem, docti est, metuere. *Publius.*
Injuriarum remedium est, oblivio. *Idem.*
Inopem me copia fecit. *Ovid.* 3. *Metam.*
Inopiæ pauca desunt avaritiæ omnia. *Pub. Syr. Mart.*
Insere Daphni pyros: carpent tua poma nepotes. *Virg.*
Infantes sumus & senes videmur. *Martial.*
In sylvis lepores, in mensis quære lepores.

Insi-

Insipientiâ nullum malum est majus. *Cic.*
Inte talis erit, qualem te senserit alter. *Mant.*
Inter convivas fac sis sermone modestus, ne dicare loquax, dum vis urbanus haberi.
Interdum lacrymæ pondera vocis habent. *Ovid.*
Interpone tuis interdum gaudia curis. *Caut. 2. Mor.*
Intempestivè qui monet ipse nocet.
Inter Pygmæos non pudet esse brevem.
Inter utrumque vola; medio tutissimus ibis. *Ovid.*
Inveni portum, spes & fortuna valet. *Aul. Pel.*
Invenit arma furor. *Lucanus l. 3.*
Invidet & cantor cantori, & egenus egeno, & figulus figulo dicitur esse gravis. *Hesiod.*
Invidus alterius rebus marcescit opimis. *Hord. 1. E.*
Ipsa dies quandoque parens quandoque noverca est.
Intima per mores cognoscimus exteriores.
Ipsâ quidem virtus sibimet pulcherrima merces *Sil.*
Ipse licet venias Musis comitatus, Homere, Si nihil attuleris, ibis Homere foras. *Ovid. 2. de.*
Ipsa quies animi laxat, revocatqué vigorem.
Ira odium generat, concordia nutrit amorem. *Cant. 1.*
Ita comparata est hominum natura omnium, aliena meliùs ut videant, quàm sua. *Teren.*
Itur in antiquam transacto Paschate sylvam.
Iupiter ambrosia satur est, & nectare vivit. Nos tamen Iovi, thura, merumqué damus. *Mart.*
Iupiter est quodcunque vides: Iovis omnia plena.
Iura fides! ubi nunc? commissaqué dextera dextræ. *Ov.*
Illis jura favent, qui dare semper amant.
Iuvenile vitium est, regere non posse impetum. *Ser.*

L. L.

Labitur exiguo, quod partum est tempore longo.
Labitur occulte fallitqué volatilis ætas, Et nihil est annis velocius. *Ovid. 10. Metam.*
Labor omnia vincit improbus, & duris urgens in rebus egestas. *Virg.*

Lacrymæ nobis prius deerunt, quam causa dolendi *Curt. l.* 5.
Lacte, mero, veteres usi narrantur & herbis, 4. *Fast.*
Latrantem stomachum bene lenit cum sale panis. *Hor.*
Lætitia juvenem, frons decet tristis senem. *S. Hip.*
Laus semel à digno contempta, gloriosior redire solet. *Isn*
Laudare se, vani, vituperare stulti est. *Val. Max.*
Laudamus veteres, sed nostris utimur annis. *Ovid.*
Laudataque virtus crescit, & immensum gloria calcar habet. *Ovid.* 4.
Lectio certa prodest, varia delectat. *Isocrates.*
Legati, oculi & aures Regnorum sunt. *Guevara.*
Legibus qui servit, Deo servit. *Plato.*
Lævius id lædit, quidquid præviderís antè. *Cato.*
Lux abiit, umbra fugit, volat irrevocabile tempus.
Transit præcipiti sic tua vita pede. *Horolog.*
Luxuriant animi rebus plerumque secundis. *Ovid.* 2.

M. M.

Magis illa juvant, quæ pluris emuntur. *Juv.*
Magna petis Phäeton, sed quæ non viribus istis munera conveniunt. *Ov.* 2. *Metam.*
Magnates dare parva pudet, dare magna recusant.
Magnum iter ascendo, sed dat mihi gloria vires. *Pr.*
Magnus Alexander corpore parvus erat.
Major post otia virtus. *Stud.* 4. *Sylv.*
Magna fuit capitis, quondam reverentia cani. 5. *Fast.*
Majorum primus quisquis fuit ille tuorum, aut pastor fuit, aut id quod dicere nolo. *Juv.*
Malo Pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Æacidæ similis vulcaniaqué arma capessas, quam te Thersitæ similem producat Achilles. *Juv.*
Mane rubens cœlum venturos indicat imbres, Serò rubens Cælum, cras indicat esse serenum.
Maxima de nihilo nascitur historia. *Propert.*
Medium tenuêre beati. *San. Oed.*
Melius nil cælibe vitâ. *Horat.* 2. *Ep.*
Me mea delectant, te tua, quemque sua.

Me-

Meme! adsum qui feci, in me convertite ferrum. *Virg.*
Mendaces ajunt furibus esse pares. *Ov.* 4. *Her.*
Mens aliud suadet, video meliora, proboqué, deteriora sequor. *Ov.* 7. *Metam.*
Mihi cura futuri est. *Ov.* 13. *Metam.*
Mihi res non me rebus submittere cogor *Hor.*
Miranda canunt, sed non credenda Pòëtæ. *Cat.* 3.
Miseret te aliorum, tui nec miseret, nec pudet. *Plaut.*
Miserum est aliorum incumbere famæ, ne collapsa ruant subductis tecta columnis *Juv.*
Mobile mutatur semper cum principe vulgus. *Clau.*
Mobile tempus abit, mora nulla fugacibus, annis. *Met.*
Monere & moneri, proprium est amicorum. *Cicero.*
Moribus antiquis res stat Romana, virisqué. *Enni.*
Multa loquens, & cuncta tacens non ambo placemus *Auson. Ep.* 25.
Multa tulit, fecitque puer, sudavit, & alsit. *Hor. de Ar.*
Multorum disce exemplo, quæ fata sequaris. *Cat.* 3. *M.*
Multos timere debet, quem multi timent. *Pub. S.*
Multùm crede mihi refert, quo fonte bibatur.
Multis damnosa fuêre gaudia.. *Claud.*
Munera crede mihi placant, hominesqué Deosqué. *Ovid.*

N. N.

NAscentes morimur, finisqué ab origine pendet. *M.*
Nescimur æquales morimurqué æqualiter omnes.
Nate cave, dum resque finit, tua corrige vota. *Ovid.*
Naturæ sequitur semina quisque suæ. *Prop. L.* 3.
Naturam expellas furcâ, tamen usque recurret *Hor.*
Naturam frænare potes, sed vincere nunquam.
Navita de ventis, de bobus, narrat arator. Ennumerat miles vulnera, pastor oves. *Prop. l.* 2.
Nec imbellem feroces progenerant aquilæ columbam. *Hor* 4. *Car.* 18.
Nec semper violæ, nec semper lilia florent: Et riget amissâ, spina relicta, rosâ. *Ov.* 2. *de Art.*
Nec tibi, sed toti genitum se credere mundo. *Luc.*

Nec te collaudes, nec te culpaveris, ipse: Hoc faciunt stulti, quos gloria vexat inanis. *Ca.*
Nec tua laudabis studia, aut aliena reprendes. *Hor.*
Nec tumulum curo: sepelit natura relictos. C. *M.*
Nefas nocere, vel malo fratri, puta. *Sen. Thy.*
Neminem decet consilijs adeò niti proprijs, ut non cedat alienis *Guevar.*
Nemo adeò ferus est, ut non mitescere possit. *Hor.*
Nemo confidat nimiùm secundis.
Nemo desperet meliora lapsis. *Senec. Thyest.*
Nemo malus felix. *Juvenalis Satyra.* 1. (Plato.
Nemo perfectus in arte qualibet, in multis errat, & ipse
Nemo potentes aggredi tutus potest *Senec. Med.*
Nemo potest servus dominis servire duobus.
Nemo repentè fit turpissimus. *Juv.* 2. *Satyr.*
Nemo silens placuit, multi brevitate loquendi. *Auson.*
Nemo sine crimine vivit. *Vir & Cato.* 1. *Mor.*
Nemo tam divos habuit faventes, crastinum ut possit sibi polliceri, res Deus nostras celeri citatus turbine versat. *Senec. Thyest.*
Ne pudeat, quæ nescieris te velle doceri. Scire aliquid laus est, pudor est nil discere velle. *Cato.*
Ne quæ non opus est, forte loquâre, cave. *Ov.* 1. *T.* 1.
Nemo suas moriturus opes secum auferet isthinc.
Neque semper arcum, tendit Apollo. *Horat* 2. *Carm.* 10.
Nescio, quâ natale solum dulcedine cunctos ducit, & immemores non sinit esse sui. *Ovid.*
Nescio, quod animus grande præsagit malum *Sen.*
Nempe coquus Domini debet habere gulam. *Mar.*
Nescio quo tua sit fortuna locô. *Luc.*
Nescis, quid alius advehet mali dies.
Nescit homo verè, quod habet, nisi cesset habere.
Nescit plebs jejuna timere. *Lucanus.* *l.* 3.
Nescit vox missa reverti. *Horatius de Arte.*
Nescius in scopulos & vada cæca feror. *Cor. Gall.*
Ne te quæsiveris extra. *Persius.* 1. *Satyr.*
Nihil est ab omni parte beatum. *Horat.* 2. *Carm.*
Nil te conturbet, si mens est conscia recti.

Nihil

ihil est, toto quod perstet in orbe, cuncta fluunt. *Ovid.* 14. *Metam*

ihil timendum video, sed timeo tamen. *Sen. Thy.*

il mortalibus arduum est. *Horat.* 1. *Carm.* 5.

il nocet admisso subdere calcar equo. *Ovid.* 2. *Pont.*

il sciri si quis putat, id quoque nescit, An scire possit, cùm se nil scire fatetur. *Verinus.*

il sine magno vita labore dedit mortalibus. *Hor.*

il temere incipias, sed primùm consule, cœpti: am multos serò pœnituisse liquet. *Verinus.*

imiùm properas, & adhuc tua messis in herba est.

imiùm vixisse diu nocet. *Ovid.* 6. *Metam.*

itimur in vetitum semper, cupimusqué negata. *Vir.* 6.

ota una est probitas testataqué tempus in omne. *Ov.*

obis non licet esse tam dissertis. *M. l.* 9. 12.

octe pluit tota, redeunt spectacula mane, divisum imperium cum Iove Cæsar habet. *Vir.*

octe quidem, sed luna videt; sed sydera testes intendunt oculos. *Jov.*

omine mutato narratur fabula de te. *Hor.*

on bene conveniunt, nec in una sede morantur, Majestas & amor *Ovid.* 2. *Metam.*

on eadem ratio est curare & cernere morbos. 3. *P.*

on cuivis homini contingit adire Corynthum. *H.*

on est è terris mollis ad astra via. *Senec. Her. Fur.*

on ego ventosæ plebis suffragia venor. *Hor.* 1. *E.*

on est conveniens luctibus iste color. *Ov.* 1. *T.* 1.

on est, crede mihi, Sapientia dicere: vivam, Sera nimis vita est crastina, vive hodie *M. l.* 1.

on est ex horto flosculus iste tuo.

on habet, unde suum paupertas pascat amorem. *Ov.*

on hoc ista tempus spectacula poscit. *Virg.*

on ignara mali miseris succurrere disco.

on minor est virtus, quàm quærere parta tueri. *Ov.*

on omnis fert omnia tellus. *Virg.*

os aper auditu, linx visu, simia gustu, vultur odoratu præcellit, aranea tactu.

on omnes arbusta juvant, humilesqué myricæ. *Virg.*

on omnes eadem mirantur, amantqué. *Ho.* 2. *Ep.* 2.

Non possumus omnes. *Virg.* 8. *Ecclog.*
Non omnibus unum est, quod placet, hic spinas colligit, ille rosas.
Non possidentem multa, vocaveris recte beatum. *Horat.*
Non poterit pretiô vel breve tempus emi.
Non potuit fato nobiliore mori. *Mar. l.* 11. *Ep.* 70.
Non priùs in dulcem declines lumina somnum, omnia quàm longi reputaveris acta diei. *Auson.*
Non procul à proprio stipite poma cadunt.
Non profecturis littora bobus aras. *Ovid.*
Non quacunque manu victima cæsa, litat. *Mart. l.* 10.
Non res in vitium, sed malafacta cadunt. *Cor. Gall.*
Non semper idem floribus est honos vernis. *Hor.*
Non semper sacras reddunt oracula sortes, ipsaque non omni tempora fana patent. *Ov.* 3. *P.*
Non tibi per ventos assa columba venit.
Non sit cura tibi de magni nominis umbra. *Plaut.*
Non est fidendum amico, quem semel expertus es hostem. *Avac.*
Nôrunt, cui serviant leones. *Mar. l.* 1. *Epig.* 105.
Nos duo túrba sumus. *Ovid.* 1. *Med.*
Nos numerus sumus, & fruges consúmere nati. *Hor.*
Nos patriæ fines, & dulcia linquimus arva. *Vir.* 1. *Eccl.*
Nos quoque floruimus, sed flos fuit ille caducus. *Ovid.*
Nosse volunt omnes, mercedem solvere nemo *Juve.*
Nos virtutes invertimus. *Horat.* 1. *Serm.* 3.
Nube solet pulsâ candidus ire dies. *Ovid,* 2. *Tr.* 3.
Nudus in ignota Palinure jacebis arena. *Vir.* 5. *Æn.*
Nulla fides, pietasquè viris, qui castra sequuntur. *L.*
Nulla datur requies stygios habitantibus ignes.
Nulla tuì me unquam capient oblivia Marce.
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes *Tir.*
Nulla pestis in amicitiis major est, quam adulatio. *Cic.*
Nulla in viro nobili affabilitate amabilior. *Guevar.*
Nùlli mel sine felle datur. *Ausonius.*
Nulli tacuisse nocet, nocet esse locutum. *Cato.* 1.
Nulli te facias nimis sodalem, gaudebis minus, & minus dolebis. *Mart. l.* 10.

Nul-

Nullum majus boni imperii instrumentum, quam bonus Consiliarius. *Inc.*
Nullum ad nocendum tempus angustum est, malis. *Sen.*
Nummos quisque tuos, non te reveretur. amatque.
Nunquam Stygias fertur ad umbras inclyta virtus. *Sen.*
Nux, asinus, campana, piger, sine verbere cessant.

O. O.

OTia si tollas, periêre Cupidinis arcus. *Ovid.*
Oderunt hilarem tristes, tristemque jocosi, Sedatum, celeres, agilem gnavumque remissi *Hor.* 1.
Oderunt peccare boni, virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
O! mihi præteritos referat si Jupiter annos. *Vir.* 8. *Ec.*
Omne animi vitium, tantò conspectius in se crimen habet, quanto major qui peccat, habetur. *Juv. Sat.*
Omnem crede diem, tibi diluxisse supremum. *Hor.* 1.
Omne solum forti patria est. *Ovid.* 1. *Fast.*
Omnia conando docilis solertia vincit. *Mart. l.* 4.
O! mihi si linguæ centum sint, oraque centum.
Omnes artes quotidiano usu & jugi exercitio proficiunt. *Veget. l.* 2.
Omnia si perdas, te solum perdere noli.
Optimè consultant, qui rerum futurarum exempla ex præteritis sumunt. *Dion. l.* 10.
Otia felices evertunt funditus urbes.
O! quid solutis est beatius curis? *Catullus.*

P. P.

PAllida luna pluit, rubicunda flat, albà serenat.
Pallida mors æquo pulsat pede pauperum tabernas, Regumque turres *Horat.* 1. *Carm.* 4.
Parturiunt montes nascetur ridiculus mus. *Horat.*
Pendet ab officio spes mihi magna tuo. 3. *Fast.*
Peragit tranquilla libertas,
Quod violenta nequit. *Claud.*
Pauperibus pateat tua janua semper. *Theodulphus.*
Per quod quis peccat, per idem punitur & ipse.

Per varios usus artem experientia fecit. *Manil.*
Perditissima ratio est negligere famam. *Cic.*
Pictoribus atque Poëtis, quodlibet audendi semper fuit æqua potestas. *Horat. de art.*
Pluribus intentus minor est ad singula sensus.
Plus vigila semper, nec somno deditus esto. Nam diuturna quies vitiis alimenta ministrat. *Cato.* 1. *Moral.*
Periculosa est in qualibet re inconsulta, festinatio. *Cromer. l.* 14.
Plus fuga laudatur Pyrrhi quàm vincla Jugurthæ. *Clau.*
Poma dat autumnus, formosa est messibus æstas. Ver præbet flores, igne levatur hyems. *Ovid.* 2. *R.*
Pompejanus ego si vicerit omnia magnus, omnia si Cæsar, Cæsarianus ego.
Prævalent fata consiliis. *Vellejus. l.* 2.
Principibus placuisse viris, non ultima laus est. *Ho.*
Principium fervet, medium tepet, ultima frigent.
Principiis obsta: serò medicina paratur, Cum mala per longas invaluere moras. *Ovid.*
Principis est virtus maxima, nosse suos. *Mar. l.* 8.
Proximus ille Deo est, qui scit ratione tacere. *Cato.*
Pudet congredi, cùm hoste, vinci parato *Seneca.*
Pugnat ad exemplum *primi* minor ordine. *Pili.*
Multaque fert miles vulnera, multa facit. *Ovid.*

Q. Q.

QUæ culpare soles cave tu ne feceris ipse. *Cat.* 1. *M.*
Quod fuit durum pati, meminisse dulce est. *Sen. Her.*
Quæ nocitura putas, quamvis sint chara, relinque. *Cato.*
Quàm difficile est, crimen non prodere vultu. *Ov.* 2. *Met.*
Quandoque bonus dormitat Homerus. *Hor. de Art.*
Qui non est hodie, cras minùs aptus erit. *Ov.* 2. *Re.*
Quid curo stellas, si mihi, Phœbe, faves?
Quid *species* quid *lingua.* mihi. quid profuit *ætas Mart.*
Quidquid nix celat, Solis calor omne revelat.
Qui non vetat peccare cum potest, jubet. *Sen. Tr.*
Qui sedet in terra, non habet unde cadat.

Quis

Quisquis amat dictis absentum rodere vitam, Hanc mensam vetitam noverit esse sibi. *S. Aug.*

Quis scit an adiiciant hodiernæ crastina lunæ tempora Di Superi. *Horat. 4. Carm. 7.*

Qui statuit aliquid parte inauditâ, alterâ, Æquum licet statuerit, haud æquus fuit. *Sen: M.*

Qui vexant alios, tandem vexantur & ipsi. *Cato.*

Quod invitis nobis fieri potest, sponte faciamus necesse est. *Arist.*

Quò major labor est, gloria major erit. *Fortun. 2.*

Quod nova testa capit, inveterata sapit. *Cato.*

Quod ratio nequit, sæpe sanavit mora. *Sen. Aga.*

Quô plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ. *Ov. 2. E.*

Quod peto, da Cai, non peto Consilium.

R. R.

RArum est felix, idemque senex. *Sen. Her. Oct.*

Rebus in adversis, animum submittere noli. *Cato.*

Rebus in adversis, meliûs sperare memento. *Cato.*

Rebus in adversis, sapientia vera probatur. *Verin.*

Regia, crede mihi, res est succurrere lapsis. *Ovid.*

Regis ad exemplum totus componitur orbis. *Hor.*

Rex non semper, spes mihi semper adest. *Ovid.*

Respice quid moneant leges, quid curia mandet, Præmia quanta bonos maneant. *Juv. 8. Sat.*

Responsum tuo nunquam par fama labori. *Hor.*

Roma Patrum Patriæ Ciceronem libera dixit. *Juv.*

Rumpatur, quisquis rumpitur invidiâ. *Mart.*

Rusticus agricolam, miles seva bella gerentem.

Rectorem dubiæ navita classis amat. *Ovid 2. Pon.*

Rusticus inflatur, si multum & sæpe rogatur, ungentem pungit, pungentem rusticus ungit.

S. S.

SÆpe aliis dolor alterius solet esse voluptas. *Sir.*

Sæpe canem longè visum, fugit agna, lupumque credit, & ipsa suam nescia vitat opem. *Ovid.*

Sæpe etiam steriles incendere profuit agros.

Sæpe tacens odii femina vultus habet. *Ovid.* 3.

Sæpe Iuventutis sequitur vestigia virtus, qualis erat juvenis, talis eritque senex.

Sæpe Patris mores imitatur filius infans qualis erat mater, filia talis erit. *Verinus*

Sæpe premente Deo, fert Deus alter opem. *Ovid.*

Sæpe sub exiguo magna latere solent. *Ovid.*

Sæpius incautæ nocuit victoria turbæ. *Gil.* 4. *de Con.*

Sæpius ventis agitatur ingens pinus, & celsæ graviore casu decidunt turres, feriuntque summos fulmina montes. *Hor.* 2. *Car. Ode.* 10.

Salve festa dies: meliorque revertere semper 1. *P.*

Scilicet interdum miscentur tristia lætis. 6. *Trist.*

Scire aliquid laus est, culpa est nil discere velle. *Cafar.*

Scire, tuum nihil est, nisi te scire, hoc sciat alter. *Pe.*

Segnius expediunt commissa negotia plures *Ma.*

Segnius irritant animos demissa per aures, quam quæ sunt oculis, commissa fidelibus. *Hor.*

Semel emissum volat irrevocabile verbum. *Hor.*

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt,

Semper nocuit differre paratis. *Luc.* 1, 1.

Septem horis dormisse, sat est juvenique senique *Sa.*

Sequitur superbos ultor à tergo DEUS. *Sen. Her. Fu.*

Serius aut citius metam, properamus ad unam. *Ov.*

Serum est cavendi tempus, in mediis malis. *Sen.*

Seris venit usus ab annis. *Ovid.* 6. *Met.*

Si bene quid facias, facias citò: factum gratum erit, ingratum gratia tarda facit. *Aus.*

Sic volo, sic jubeo: stat pro ratione voluntas.

Sic vos non vobis, nidificatis aves.

Sic vos non vobis mellificatis apes. *Virg.*

Sidunt ipso pondere magna, ceditque oneri, fortuna suo. *Sen. Agan.*

Si desint vires tamen est laudanda voluntas, hoc ego contentos auguror esse Deos. *Ovid.*

Si fortuna volet, fies de Rhetore Consul.

Si volet hæc eadem, fies de Consule Rhetor. *Juv.*

Si

fueris quarum divisor particularum, hanc discas artem, meliorem sumito partem.

fractus illabatur orbis, Impavidum ferient ruinæ. Hor.

mplicibus præsens Deus est, offenditur astu. Ov.

miles aliorum respice casus, mitius ista feres. Ov. 15.

quoties peccant homines sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore, inermis erit. O. 2. T. 1.

secretarum seriem vis noscere rerum, ebrius, insipiens, pueri dicent tibi verum.

t procul omne nefas, ut ameris, amabilis esto. Ov.

t piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox.

nt mœcenates, non deerunt, Flacce, Marones.

la Deos æquat clementia nobis. Claud. de Con. 4.

lamen miseris, socios habuisse dolorum.

lent suprema facere securos mala. Sen. Oedip.

em mihi nescio, quam, vultu promittis amico. Ov.

ernitur Orator bonus, horridus miles amatur. Ennius.

es alit agricolam, spes sulcis credit aratis. Tib. 2.

es fovet, & melius cras fore, semper ait. Tib.

are negas terram: nobis miracula narras, hæc dum scribebas, in rate forsan eras.

ia mihi non est parvô, virtus, mea vulnera testor. Ovid.

it sua cuique dies, breve irrevocabile tempus omnibus est vitæ. Virg. 10. Æneid.

idet optatam cursu contingere metam. Hor.

ltaque mens vobis, non scelerata, fuit. 1. Trist.

ltitiam simulare loco, prudentia summa est. Ca.

ltorum est timere, quod vitari non potest. Pu. Syr.

olare privato, tutius esse licet. Ovid.

aducto stipite, flamma perit. Ovid. 2. remed.

o dulci melle, venena latent. Ov. 1. am.

ficiet brevis urna tibi, parvumque sepulchrum. Aus.

nite materiem, vestris qui scribitis æquam, viribus, & versate diu, quid ferre recusent, quid valeant humeri. Horat. de arte.

pe tamen casu facta juvare solent. Ovid.

it quibus ingenium, & rerum prudentia velox ante pilos venit. Persius. 4. Satyra.

T. T.

TAbida consumit ferrum, lapidemque vetustas. 4. Pont.
Tacere puto optimum, & pro viribus sapere. *Æn.*
Tam deest avaro quod habet, quàm quod non habet.
Tam subito corvus qui modò cygnus erat. *Mart.*
Tantæ molis erat, Romanam condere gentem. *Virg.*
Tantalus in mediis flumina poscit aquis.
Tantùm nè noceas, cum vis prodesse, memento. *Ov.*
Tantus amor Patriæ, tanta est dilectio nostri. *Prud.*
Tanta solet magnis rebus inesse fides. *Ovid.* 16. *Hor.*
Tempora labuntur, tacitisque senescimus annis, Et fugiunt fræno non remorante dies. *Ovid.* 6. *Pe.*
Tempora lapsa volant ad aratra juvenci. *Ovid.*
Temporibus nostris quicunque placere laborat, Det, cupiat, quærat, plurima, pauca, nihil.
Temporibus certis veri noscuntur amici. *Verinus.*
Temporibus medicina valet, data tempore prosunt. Et data non apto tempore, vina nocent. *Ovid.* 1.
Tercentos Fabios abstulit una dies, Non omnes Fabios abstulit una dies.
Terra salutiferas herbas eademque nocentes, nutrit, & urticæ proxima sæpe rosa est. *Ovid.*
Terretur minimo pennæ stridore columba. *Ovid.*
Tertia, quarta qualis, tota est lunatio talis.
Tibi me virtus tua fecit amicum. *Hor.*
Tolle moras, semper nocuit differre paratis. *Luc.* 1.
Tolluntur in altum, ut lapsu graviore ruant. *Claud.*
Totum laudatur si finis laude beatur.
Trahit sua quemque voluptas. *Virg.* 2. *Ecloga.*
Tranquilla malum patientia meliùs vincit. *Juv.*
Tutum quis habuit, nemo securum scelus. *Publ.*
Tu cave defendas, quamvis mordebêre dictis. *Trist.*
Tu ne cede malis, sed contra audentior ito.
Tunica propior est palliô. *Plaut. Trinum.*
